Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Caselius

# Sammelhandschrift: Texte zur aristotelischen Philosophie : Universitätsbibliothek Rostock, Mss. philol. 60

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343**

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

I.A.D.G.D.M




CIↃ.IↃ.LXIV

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0001

14

Mss. philol. 60.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0002

hæc ingenij laborumque suorum
exempla, Ill.mo principi, Ioanni
Alberto, Duci Megapolensi &c.
domino et Episcopo S. cle-
mentissimo offert inspicienda
et iudicanda

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Laur. Kaasius.

Cal. Septemb.

CIↃ. IↃ. L XIV.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0004

λόγος ἐς

φιλοσοφίαν.

cf. Gr. 34. Vogt.

Bibliotheca Academica Rostochiensis



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0005

Joannes Caselius, qui superiore mense ad profitendum interpretandumq; Philosophiam et eloquentiam ab Joanne Alberto illustrissimo principe nostro missus aduenit, idq; se ex optimis vetustissimisq; Latinorum et cumprimis Graecorum libris recte praestiturum confidit: cras ea qua proxime brandium antece dit hora, quadam a studijs litterarum non aliena praeamij loco, quemadmodum id moris esse accepit, publice orabit. Itaque et huius scholae lectores viros clarissimos, et scholasticos adolescentes studiosissimos magnopere rogat, vt tum, quo id fieri consuenit loco, adsint, et pro sua erga homines doctos

Bibliotheca Academica Rostochiensis

benevolentia et in litteras amore, ipsum quoque cohonestare sua praesentia dignentur. Vtrisque vicissim sua studia & officia pollicetur. Quid verò deinceps, quo item die, quaq; hora auspicaturus sit, vno alteróue die intelligi. Id significabit. XIIX. X. Sept. M. D. LXIII.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

# ORATIO.

Deliberanti mihi superioribus diebus, vt par fuit, apud animum meum, de officio, quo hîc fungi turus essem; rationesque omnes, quas possem, accurate mecum perquirenti, de hoc interpretationum mearum exordio, quod ab oratione proficisci oportet, ret; cum nonnulla alia, ex quibus me haud facile expedirem, in mentem venerunt; tum altera cogitatio, eaq; longe gravissima, quae me hoc ipso etiam tempore vrgeret plurimum; quid primum dicere inciperem, quo et principibus nostri ordinis, quos coram adesse videtis, ex parte sui satisfacerem, vt spem, qua

de me animo vos concepisse et ex ipsis et ex aliis haud vulgarem intellexissem, si alere confirmareq; non admodum possem, saltem non imminuerem aut elenarem: et me vobis adolescentes optimi, verbis meis si primum devincirem, vt amore hac ratione inter nos mutuo conciliato, vos quod a me sperare posetis, id vestro iure poseretis perpetuo, egoq; vobis itidem vicissim non iniquioribus vterer quam reliqui, hoc est, et honestissimarum literarum, et eximiarum virtutum studiosissimis. Etsi autem tum ex cogitationum magnitudine, quam sentirem, tum ex curis nonnullis meis, quae me plurimum grauiterque exercerent, futurum videbam, vt non so-

cùm quædam in ingenio meo nunc desidera-
rem, quod fieri non aliter potest, sed etiam
meipsum à tergo, nec id modico interuallo,
relinquerem: tamen ne primo accessu lau-
datissima consuetudini refragari vide-
rer; ad orandum in hunc locum, non tá
mea eruditione, cuius tenuitatem in me
magis, quàm in quoquam altero nemi-
et agnosco, aut facultate dicendi, qua
propemodum tota destituor, quàm ve-
stra beneuolentia, quam nunquam ab-
teri clausistis, confisus prodij. Iam si
prolixior futurus essem; aut nunc aut
sub extremum, veniam mihi à vobis eo
nomine rogarem; at quoniam mea in
breuissima contraham, vestra sponte

me patientius auditis. quanquam et ipsa brevitas sæpe tantopere laborat, vt et ipsi excusatio attexenda videatur. hasce verò complures esse, iam intellexistis; quibus accedit ipsa dicendi insolentia. primùm enim nunc, quod vtinam rectè faciam, in frequentia hominum, et horum quidē vel eruditissimorum, vel eruditionis siti entissimorum, de doctrina omnium principe; cuius interpretatio mihi demandata est, dicere incipio. Quid enim in omnibus rebus humanis maius? quid præstabilius? quid admirabilius? quid diuinius est ratione hominis? Rationis ante cultura, et ad vnum expressum exemplar est Philosophia, cuius antiquitas

eadem

eadem est quæ rationis: rationis autem, quæ hominis. Neq; enim vel hodie vel patrum nostrorum maiorumue ætate, vel multis annorum ante millibus, primum nata aut excogitata est Philosophia: sed ab vltima hominum memoria et vixit et dominata est. neq; enim refert, quàm ea pauci omnibus seculis potiti fuerint, aut etiammum potiantur; neque quàm diuersis hominibus vel diuersis temporibus vel à diuersis gentibus, fuerint appellati. vix me hîc etiam in principio contineo, quin eius vobis longè altiores nobiliores q; ortus, vltra quos ne cogitando quidem cuiquam progredi licèat, aperiam. Sed eos ipsi maturiore ætate atq; profectu reperietis. quæ

num dico, ea neq; subtilia sunt, neque ab-
strusa: sed quae tamen non parum ad
litterarum studia conductura existimem,
opinione omnibus nota etiam idiotis, re
autem vera quam paucissimis. Non enim
olim tantum Athenis accidit, vt qui pri-
mum eo, vbi tum esset honestissimarum
disciplinarum vberrimus mercatus, cupi-
ditate discendi venissent, sapientes esset,
aut esse sibi viderentur, deinde in Phi-
losophos degenerarent, ex philosophis po-
stea rhetores fierent, denique aut nullo aut
contemtissimo nomine esse sua etiam con-
fessione inciperent: sed etiam apud nos
hodie et quamplurimi adolescentes, et
non pauci splendidis titulis viri, non mi-

nima sibi de se facilè persuadent: qui si omnibus momentis etiam intimos ingeniorum suorum thesauros ponderarent; inopia explorata, tacitè forsan apud se erubescerent, seque totos sù retexerent, vt vel semper plus præ se ferrent modestiæ, vel et sibi et alijs præsentibus futurisq; hominibus in omnibus probissimè constarent. Philosophi nomen, adolescentes, primùm à Pythagora homine innocentissimo intelligentissimoq; profectum recordamini. Non enim prisco illo, cui se omnibus partibus non respondere deprehenderat, salutari voluit: sed eum se, quem dixi, hoc est, sapientiæ amidum et vnicè studiosum, tum, cùm Sicyone, cum Leonte Sicyoniorum Phliasiorumq; tyranno disseereret, professus

est. Meministis item alterum: duplex eorū, qui litteris vitam animumq; addixissent genus extitisse. Nonnulli enim se mentemq; suam omnem ita arctè ocio litterario includebant, vt perpetuò cogitando meditandoq; res summas humanas vt diuinas occuparentur, nec vllam partem politicæ gubernationis consuetudinisue attingerent. Statuebant enim (nec nihil rationis erat, cur ita statuerent) eam mortali vitam beatam esse, non fluxam nec mutabilem: sed solidis voluptatibus perpetuisq; bonis exuberantem. Alteri non hæc tantùm respiciebant, vt quamplurima inquirerent, cognoscerent, scientia apud se soli fruerentur: sed, vt quæ inquisiuissent, quæ cognouissent, quorum scientia secum gauderet;

ea ad recte humaneq3 colendos cœtus humanos depromerent: acerbasq3 sibi eas horas ducerent, quibus non aliquid quærerent, reperirent, dicerent, facerent, quod ad vitam usumque mortalium vel priuatim vel publicè plurimum conferret. Hinc enim Philosophia, quæ sua natura primaq3 radice vnica est, in duos se repentè ramos diffidit: prior suo nomine est Physica: altera commune vtriq3 nomen sibi apud plerosq3 soli vsurpabat. Non possum non fateri, prioris ordinis Philosophiam perpetuam esse perfectamq3 sapientiam, vel eò, quòd in seipsa conuertitur atq3 conquiescit. habet autem præceptum principem Anaxagoram Clazomenium; altera Atheniensem Socratem:

vtrunq; in sua disciplina omnibus absolutu
numeris: neutrum alterius omnino rudem.
Tanto autem desiderio studioq; ille in pene
tralia naturae in dies singulos animo de-
scendebat, vt vel hac de caussa, vel quauis
alia, hac ipsa non inferiore, Mentem ipsu
vulgo appellarent: Cumq; aliquando, quod
cum et patricio loco natus esset, et fortunis
afflueret, patriam, cui laboranti forte con-
silijs opitulari posset, negligeret, reprehen-
deretur: Mihi profecto, intenta in coelum
manu inquit, supra modum cordi est patria,
eamq; minime negligo. Etsi autem hu-
ius Philosophiae, vt ostendi, studiosior fuit:
tamen et alteram eum non ignorasse vi-
deo. Nam et Periclem, quo stante Athenae

maximè floruerunt, quoq; cadente collabi paulatim coeperunt, docuit: et ab ipso Pericle eximius magister Graciæ, quam et doctri, nis suis erudiret, et consilijs instrueret ful, ciretq;, vocatur. demiq;, quod Fauorinus memoriæ prodidit, ab Anaxagora primũ: Homeri poësim de virtute et iusticia esse: de, monstratum est. Ceterum hoc philoso, phandi genus, supra modum sublime, non quidem repudiamus: improbè enim et con, trà quàm sentimus et oportet faceremus: Sed in præsentia dimittimus, nosq; ad alte, rum totos conuertimus, cuius vel auctore vel exultorem vel præcipuum Magistrũ Socratem fuisse, vobis iam ostendimus. Etsi verò, cùm officium nomine, disciplinæ

Socratica caput, fontem, mutamq3 vos probè ca-
pere vobis videmini, in qua re non aberratis:
tamen cùm ex alijs sequentibus; tùm ex versus
Homerici sententia, quo ipse tanquam argu-
mento suæ doctrinæ atq3 vitæ uti solebat, rectiꝰ
us omnia intelligetis. Aiebat enim. Esse vi-
dendum, quæ domi sint, quo modo malè recténe
administrentur. quod ipsum non de privatis
solùm civium ædibus vulgiq3 officinis, sed et
de foro patriaq3 repub. intellexisse, intelligiq3
ab alijs voluisse, tùm quadam non ignota ra-
tiones convincunt, tum sic interpretatur Di-
ogenes Laërtius. In teipsum, inquit, primu
inquire; quo ingenio sis, quo animo, quibus
moribus, quibus consilijs, vt quæ rectè vnq3
fecerit

feceris, rectq3 fieri vel videris, vel indicaueris, ita perpetuo facias, vt ab ijs nunquam desciscas: in quibus aberraueris in hisce gradum remoues, quaq3 oportet ingredi aris. Sic et ipse tibi constabis; et quæ domi incommoda erunt auertes, et emolumento eris parentibus patriaq3, quibus te natum esse existimabis. Video me nimis concisè hunc libusq3 quàm oportebat de re omnium summa difficillimaq3 dicere: sed sic habete; me si vellem profundius in virtutum philosophiæque campum oratione descendere, et ingenio et verbis et tempore exclusum iri. Non quidem nihil ex paucis ipsius summi philosophi verbis accepistis, quæ si vos adhuc suspensos tenent, scholam Socraticam ingre-

dimini, quæ vultis ex auditoribus scisciteamini, quos ego vobis in medium ex Xenophonte videndos conueniendosq; produco. Familiares erant Socrati, inquit, Criton, Charephon, Chærecrates, Simmias, Cebes, itemq; alij; quos ita eruditebat vir diuinus, non vt principio in concionibus orando, aut in iudicijs agendo ceteris præstarent; sed vt viri boni, ab omni labe remoti, omni virtute cumulati euaderent, vt rectè domo, rectè familia, rectè amicis, rectè propinquis, rectè republica, rectè ciuibus, rectè denique omnibus mortalibus vterentur, in quibus nemo extitit, qui vel adolescentior, vel ingrauescente ætate, quidquam improbi facinoris commiserit, aut vnquam à quoquam ad iudicem fuerit pertractus. Hæc de suo magistro Xenophō:

qua vtinam amare, meminisse, intelligere, et sequi pariter vitaq; exprimere velitis. Numquid putatis hasce esse veras solidasq; litteras? numquid eas expetendas vobis credidistis? numquid eas ignorare, cum omnibus, tum liberis, nobilibus, opulentis, ingeniosis, non est turpissimum? Turpissimum vero amprimis vobis, qui litterarum gratia huc frequentes confluxistis, litterarum gratia magnos hũ sumtus facitis, litterarum gratia florem ætatis vestræ in Academia nostra decerpitis. Sic autem mihi persuadeo, neminem vestrum esse, quin cum hæc auribus percepserit, etiam in animum demissurus, et vlterius de hac philosophia, quibus literis contineatur, sit quæsiturus.

Et num quoque expectatis, vt quæ à vestris doctoribus sæpè audiuistis, eadem ex me audiatis iterum, intelligatisq; me cum illis eadem vobis, quanta id per me vbertas fieri possit, traditurum. quod vultis libenter in me recipio: eòque libentius, quò plures vel contrarium vulgoq; magis tritum iter ingressos esse, vel à vero obscurioreq; declinasse animaduerto: nec ipse sine errore in rectam semitam aliquando veni. Video autem plerosq; studijs complurium linguarum impensissimè esse deditos: video nonnullos ad eloquentiam scribendiq; facultatem ferri; video alios fundendi versus artem sibi vnicè adsciscere; alios in Mathesi; alios in astronomicis, alios in inquisitione arcanorum naturæ; alios in alijs

totos esse; cumq; singuli in hisce suis studijs nonnihil, quod à vulgo abstrusum sit, sint consecuti, se non solum bene esse litteratos, verum etiam totos in omnis sapientiæ posse, sessionem peruenisse arbitrari. Miramini, credo, quorsum hæc se conuersura sit oratio: hoc ago, adolescentes, non vt vos ab vllis honestis doctrinis, quales hæ sunt, abducam, sed vt vulgares minutorum eruditorum opiniones ex animis vestris certis rationibus eripiam. Neq; enim ego is sum, qui linguas discendas negem, quarum nonnullas ipse magno conatu didici, atque etiamnum in hoc labore nauiter desudo: qui oratoriam explodam, quam vt profiteor, et rebuspublicis vtilissimam esse affirmo:

qui poëſin non magnifaciendam exiſtimem,
quam diuinam artem et ſemper amauerim,
et nonnihil, quanquam id exiguum eſt, exco-
luerim. A mathematicis verò et phyſicis ſci-
entijs, cùm ruinq3 abhorruerim: tùm ingenuè
fatror, me et eas primoribus tantùm labris
attigiſſe, et tamen, ſi id porro aſsequi, ali-
quando integrè vt percipiam daturum ope-
ram. De his verò poſterioribus, quò ab ijs
aliquantò longius abſum, tantò clementius
iudico: atq3 vt dicam, quod ſentio, hæ ipſæ
ad priores illos et perfectos philoſophos po-
liſſimùm pertinere mihi videntur. Sti ante
neq3 ipſa rei difficultate plurimi eſſe queunt;
neq3 reip. interest, vt eis ſe dedant quàm
plurimi. interest autem plurimum, vt

omnes, præsertim qui in eruditionis titulo pre,
vulgo triumphant; et recte intelligant omne
humanitatem, et eam cogitationum sublimita,
te, morum elegantia, orationis grauitate, quá,
tum etiam summo cum labore quisq; conniti
potest, exprimant. Neq; enim his verbis
harum doctrinarum interpretibus scholas
aut claudo aut minuo; sed aperio et ampli,
fico. quod sii accipietis. Si enim, quod ego
uehör, plures honestati vitæ et cogitatio,
ni humanarum actionum studebunt; non,
ne et pauciores á litteris deficient, et qui in
ijs perseuerabunt, eorum dubedine præliba,
ta, in tempore multoq; meliores, hasce do,
ctrinas, itidem expetent, atq; cognoscere la,
borabunt. Nam etiam in altera parte, si

perfecti nequibunt, esse inculti omnino impoliti, que nolent. Hac verecundè, magnis tamen auctoribus, et rationibus non planè tenuibus mihi dicta sint: de ijs verò artibus, quas priore loco nominaui, apertius me explico. Ego vos nequaquam contemno, neque contemnendos censeo, qui vel multas linguas callent, vel loquendo nonnihil audent, vel pöemata condere in animum inducunt: sed tamen neq; magnopere admirari solco, ac ne vos, plus quàm par est, admiremini, vobis consulo. admiror autè illos, vosq; vt mecum perpetuo admiremini, hortor, qui virtute prudentiaq; excellunt, aut vtriq;, hoc est, veræ philosophiæ non oscitanter studeant. Neq; verò ab illis studijs vos deterreo: iterandum enim idem est, quod su-

pra

prá dixi: Sed ad hæc potissimum, si multis,
(quando oratione mea vos cogere non valeo)
inuito atq; inflammo. Illa sine his aut nu-
lla aut nulla sunt: hæc illorum ministeria
non respuunt. Quorsum enim sermonem
Latinum? quorsum Græcum discimus?
an non vt virtutem ex Latinorum et po-
tissimùm Græcorum libris intelligeremus,
intellectam viueremus? quod nisi spre fari
oportere existimaremus, supruacaneum
profectò erat et ridiculum, longam ætate
aliquot linguas, ex quibus neq; ad te neq;
ad tuos neq; ad patriam quidquam redun-
daret emolumenti, multis vigilijs condiscere.
Vtinam verò, quam cum lacte materno im-
bibimus, sola nobis sufficiat: quod esset, si

quam philosophiam, quasq3 artes expetimus, nostrorum hominum monumentis scriptæ explicataq3 essent. plures, vt arbitror, ad sapientiæ medullam penetrarent, ad perfectaque frugem peruenirent. Nunc necessariò altera nauigatione vtendum est, quod qui faciunt, tantisper laudem merentur haud postremam, quoad non in alto mari fluctibus ferri, quàm in certum appellere portu malunt. Ceterùm de oratoria et arte pœtarum, quibus plerosq3 sese non rectè occupare dixi, longior est mihiq3 alio tempore, quod facturum me vobis recipio, enodanda disputatio. nunc ex pluribus vnú tantùm accipite; neutram nisi philosophiæ fundamentis præclare iactis consistere: veteresq3

cùm oratores, tùm poëtas, à plebria eruditio-
nis hominibus, qui sunt philosophiæ ignari,
frustra iterum atq; iterum legi, et sine fru-
ctu manibus conteri. Poëtarum enim, vt
de ijs priore loco dicam, pleraq; res profun-
dæ philosophicæq; sunt; ipsiq; eódem cum
philosophis spectant, non vt suis carminibꝫ
voluptatem quandam, momento prætruo-
lantem, in animis vestris procreet (si enim
ab histrionibus, funambulis aut quibuscunq;
ludijs sine non discernerentur) sed vt gra-
uissimas doctrinas, singulari quodam ar-
tificio cum eximia suauitate hominibus
instillent, eosq; et moribus et consilijs me-
liores quàm accesserant dimittant. Qui
hunc finem non consequuntur, eos ego hoc

divino nomine, quod, vt ipsa res, in paucissimos cadit, minime dignos esse, vobiscum censeo. Cum rhetoribus etiam, quorum loquentia ex audacia et rationis egestate vel scelere proruebat, inclementius egerunt veteres, eosq3 non solum inutiles, sed et perniciosos patriæ ciues esse affirmare non dubitarunt. Et si volumus rem ipsam intueri, veterumq3 historias repetere; eos qui linguæ volubilitate se armauerant, turbulentissimos et sceleratissimos rerumpublicarum, quas boni viri prudenti eloquentia condiderant, euersores extitisse comperiemus. hodie quid fiat præterea: quod futuris ætatibus tutius multo omnes non sine nostri seculi dedecore, scribent, commemorabunt,

canent. Vnum, credo, dicere mihi licebit: pluri-
mos me vidisse, quibus verba nunquam de-
sint; qui libris vel oratione sua multum pra-
sentium hominum statum immisscent, aut
hum vt innarent, eò solùm respicerent, cog-
nouisse ferè neminem; aut, vt dicam, quod
omnes vno ore approbabitis, quàm paucissi-
mos. Satius est autem, has disciplinas,
quas dixi, et alias, quas silentio volens p-
terij, omnes ignorare; quàm ita scire, vt vel
neq; tibi eas, neq; alijs rectè scias, vel eis
in perniciem et tuipsius et aliorum abu-
taris. Vt verò eas, quoniam rectè vsurpa-
tæ citra controuersiam optima sunt, et
nobis sciamus et alijs; nec ijs vnquam ab-
utamur: ab hac nostra Philosophia, omni-

um optimarum artium magistra atq; regina primum nos, et perfecte perpetuoq; erudiri libenterq; duci patiamur. haec praestabit, vt vere hominum vitam agamus, barbariemq; omnem exuamus, quae in multorum animis adhuc infixa haeret, qui ad diuendum, qui ad iudicandum, qui ad consilia moderanda prorumpunt; quique quarum, cunque aliarum artium aliquo colore tincti sunt. Sine hac enim nemo illis perfecte vnquam imbui potest. Etsi autem barbaries vbicunq; est, omnibus se suis partibus facile prodit, quod ex architectura, ex cultu agrorum, ex hominum vestitu, ex genere ciborum, ex omnibus artificijs opificijsq; nullo negocio ab homine non barba-

ro deprehendatur: tamen præcipuè se ipsâ horrido inhumanóq; sermone, depravatis impolitisq; moribus, pernicioso confusóque publicam priuatamq; rem gubernandi modo tantopere ostentat, vt si possit, latère tamen ipsam quàm minime velle iuraueris. In hac autem immanissima belua est omnium primum et veluti mater, insitia, qua ij, qui humana specie oberrat, ignorant, ignorareq; affectant, quid insitè, quid inuitè; quid rectè, quid improbè; quid vtiliter, quid perniciosè; quid temerè, quid consultò fiat: aut si auribus acceperunt, non intelligunt: aut si aliquantulum intelligunt, intellectis re pu-

gnare malunt, quàm à consuetudine suorum, suiq3 similium exemplis recedere. Sed hanc barbariei matrem, ipsamq3 vnà filiam, odit, insectatur, comprehendit iugulat Philosophia. Vtinam verò ad hanc adolescentes remis velisq3 contendant: vtinam ab illa quàm ocyssime auolent: vtinam nequiter et insciтè viuere desistant: vtinam prudenter honestéq3 viuere et cogitare et loqui incipiant. Quo animo qui non sunt, desperatos ego eos pronunciare quid timeam? quid eos non tam in schola, quàm in barbaria versari dicere vereor? Nolite enim putare barbariam ibi esse, vbi nullæ scholæ sunt, sed vbi non rectè viuitur. Rectè autem viuere

est

est, non tantum contra magistratuum decreta, quorum quædam fieri potest, vt ignoremus, nihil committere: sed legibus à natura nobis insculptis, legibus in ratione nostra latentibus, quas si velimus ignorare nunquam possumus (nisi forte quis omnibus sideribus planè aversis natus sit) parere. violatæ leges magistratuum statim manifestas iacturas afferunt mortalibus: qui violant, publicè pœnas luunt. Legum naturalium philosophiæq; contemtus et violatio, clandestina occultaq; damna in genus humanum introducit, quasiq; per cuniculos, quos soli sapientes viderant, respublicas, regna, arces, domos, diuina, humana miscet, turbat atq; euertit. Nolite item putare, vos

non esse barbaros, qui, vt Meganorides Plautinus inquit, omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt. Quid enim in indoctis, tumidis, vanis, mendacibus, improbis non barbarum? quid philosophicum? Alteros verò hisce longè deteriores barbarorumq; principes esse statuite, qui cùm pheraq; norint, nonnulla sæpè verbis, pauca consilijs, nihil omnium vita, moribus exprimunt: ipsiq; non solùm Enniamum illud occinite: Simia q̃ similis turpissima bestia nobis: sed et cauete, quantum in vobis est, ne doctorum hominum potius, quàm doctrina perfecti; ne boni potius opinione, quàm veritate credamini. Is verò philosophatur, remotissimeq; à barbarie abest, qui doctrina

Simiæ

singulari, qui altis cogitationibus, qui eximijs
virtutibus, qui sanis consilijs excellat; qui
oeconomias, qui politias rectissimè felicissi-
mèq; administret. Hæc enim præstat Phi-
losophia, modo ab ipsa doceri, de minimis
maximisq; rebus non erubescamus: caligi-
nem menti nostræ obductam dispellit atq;
dissipat, rationem in nobis sepultam excitat,
neq; verò tantùm foris nos egregijs conspi-
cuisq; virtutibus exornat; verùm etiam
pectus ab omni labe expurgat; intimas
vitiorum fibras excindit; perturbatos
animorum motus compescit atq; eximit;
ex quibus quodcunq; est inter mortales
malorum pænè omne prorepit. Facit, ne
quid domi foriśve, privatim vel publicè,

vracundia, inuidia, odio, amore, auaricia, libidine, ambitione, dolore, et id genus interioribus fluctibus impulsus et victus, cuius te post pœnitebat, et quo tibi aliisq; infortunium accersas, perpetres. Ab his pestibus si duce philosophia libereris, si eadem duce omni virtutum genere et animi tranquillitate abundes, an non ipsi merito primum summumq; in disciplinis locum designabis? an non eam amidissime ad vnum omnes infinito studio expetemus? an non veterum optimorumq; exemplo, ad hanc ipsam cognoscendam, eiusq; doctores salutandos, amplectendos, audiendos, extremas etiam terras peragrabimus? Intelligo, non defuturos in adolescentioribus, quibus hæc mea oratio noua antehac inaudita

videbitur, quiq3 a me Philosophiam in hanc
pompam alienae in hunc usum petito ami-
ctu indutam, peregrinoq3 auro et gemmis
ornatam prodiisse existimabunt. His ego
neq3 argumentis hunc nodum eximo, neq3
veterum auctoritatem oppono, neq3 viro-
rum clarissimorum hic circumstantium
testimonia, quae ipsi scisitari queunt,
adfero; sed auctor sum, in re incredibili
periculum ipsi faciant, philosophari inci-
piant, hoc est, veterum monumenta ipsi
evoluant, mores suos consiliaq3 magno
studio (hoc enim profecto opus est) ef-
fingant. Quod si me in hoc, ut opto, se-
quentur: tum et haec, quae dixi, esse verissi-
ma, et me eius laudes, etiam illustriores

praterijsse minimeq3 assequi potuisse intelli-
gent. quorum posterius et fateor, et eius rei
gratia ab alteris veniam peto. neq3 enim vel
qua in mentem cogitando revoco, eadem om-
nia ita vt volo et vt expectatis, explicare
queo; vel si non pœnitendam partem philo-
sophiæ consecutus sum, in eius penetralia to-
tus denemi. Sed hoc ago, perfecturumq3 me
aliquot annis labentibus, quoniam vt his
philosophanti opus est, non diffido. Cùm
autem tanta sit, adolescentes, quantam di-
cere non possim; ad eam ingenti animo con-
tendite. neq3 verò vllis difficultatibus, quas
vt in re omnium humanarum prima ce-
lare non debui, abrea vos abduci patia-
mini, in quibus vt nosmetipsos et cogno-

uerimus et superemus, omnium maxima
est. Vincent autem et hanc et si qua sunt
aliæ, ij facilius citiusq3, quorum generosa
est indoles, et absolutam virtutem, quoad
hæc in nostrum genus cadit, suscipient,
vt ad Antigonum scripsit Zeno, si a' re-
cto nunquam sponte declinabunt, seq3 in
hoc studio impigrè exercebunt; et doctri-
nam a' prima, bonaq3 nota magistris q3
plenissimam haurient. Sit futurum est,
vt, quemadmodum Lucretius inquit, res
accendant lumina rebus, et paruæ ele-
gantiorum morum scintillæ magna in
animis nostris virtutum incendia simi-
liter suscitent. Quod si qui natura erra-
to aliquanto inferiore ingenio sunt; ij ne-

quaquam omnes sibi ad virtutem et prudentiæ aditus intercluſos eſſe vertantur; ſed ſe arto ad vtrunq3, licet maiore negotio et tardius, acceſſuros ſperent. Omnes autem moleſtias aut ebnabunt aut emollient ipſa laboris primùm cœpti ſuauitas, et primo etiam intuitu illuſtre virtutis decus. Habetis quamobrem amare philoſophiam et poſitis et debratis; cur autem ipſam quisq3 hominum oderit conuicijsq3 proſcindat, cauſſa nihil eſt vſpiam. Quod ſi quis ſapientia et humanitatem in rebus nihili aut malis numerabit; eum et inſipientiæ indulgere ſinamus, et cum feris vitam degere iubeamus. Nec quidquam ipſorum audiamus; nec hoc, quòd philoſophiam in partes ſectasq3

pra-

prater modum varias, raptam suissamq; esse
aut conquerentur aut vrgebunt. Etenim
aliter fieri in re omnium abstrusissima non
potuit: et nullæ sunt artes, quin ab aliqui-
bus, qui eas sibi vt suas vsurpant, defor-
mentur: et pleraq; quorundam opiniones
non intellectæ à vulgo, veriores sunt aut
certè tolerabiliores, quàm vulgò putantur.
Nam vt postremum attingam, neq; vel
Stoicorum princeps, vel Epicurus ea vo-
luit, quæ nos putamus: nec ea fortè sibi
sermonibus omnia vsurparunt, quæ poste-
ritas prodidit. etsi neq; horum, neq; alio-
rum, sed veritatis patrocinium, suscipit hæc
nullius omnium, ne dum meo egeat, in me
suscipio. Sed, ne vrager longius, hanc im-

proborum manum missam faciamus, et
nos á barbarie, ab inscitia, á vicijs, ab
omnibus humana gentis pestibus, ad te,
Philosophia, conuertamus; tibi aures, ti-
bi manus, tibi animos nostros, nostrá3
omnia tradamus supplices. Sed, proh3
dolor, quid est, Philosophia (te enim vl-
terius pluribus á3 verbis mihi alloqui fas
sit) quod te primum immortalis numi-
nis donum, summum generis humani
decus, exultricem indolis nostræ, vitæ
morumq3 magistram, altricem sapien-
tiæ, iniusticiæ omniumq3 vitiorum ex-
pultricem, innocentiæ maximarumque
virtutum matrem, barbariei domitricé,
saluberrimorum consiliorum inuestigatri-

uem, animi quieti, vitæq; beatæ largitricem:
quid est, quod te tantopere odimus, verbis
exagitamus; animo, domo, schola, vrbe, arce,
regno, imperio, extremis terrarum finibus,
furenter ejicimus, longissimè exterminamus,
in perpetuum excludimus? Te admirari,
te amare, te quærere, te accersere, te acci-
re, te amplecti, te exosculari, tibi animos
nostros, tibi domos, tibi scholas, tibi vrbes,
tibi arces, tibi regna, tibi mundi imperia,
tibi denique vniversum orbem terrarum,
aperire, submittere, administrandum vni,
hoc est, ipsi Deo, á quo primos ortus du-
xis, tradere nos oportebat. Sed miseri;
sic susceptí, sic nati, sic facti, sic instituti
sumus, vt pleriq;, quæ sunt omnium opti-

ma atq; præstantissima, vel non videamus,
nec inuestigemus, vel ocitanter prætereamus,
cum tædio auersemur, cum fastu derideamus.
Horum vos numero, adolescentes, qui est long-
ge amplissimus, excipite: obuiam vobis hac
vestra ætate currentem virtutem ample-
timini: litteris non fucatis animos vestros
subigite, excolite, ditate; et, vt vno verbo
omnia complectar, facite, vt, qua gratia
hic estis, ij fiatis, et ij aliquando hinc
discedatis, vt qui esse vultis, ij sitis. Ideip-
sum ego vos, adolescentes optimi, atq; item
alterum, ipsi præsentia non tam meo:
quanquam id honoris mei nonnihil inter-
erat: quam vestro, qui vobis deesse debe-
bis vultisque minime; quam parentum

vestrorum, qui non vulgaria sibi de vobis pollicentur; quàm patria vestra, quæ à vobis non tacitè opem exposcit, nominè monitos amicè rogatosq; plurimum volo, vt me hanc, quam toties dixi, Philosophiam, eo quo debeo, quoq; possum modo, interpretantem tantisper audiatis, donec ex hac mea opera, non ociosas quasdam dicendi veneres, non captiosorum griphorũ formas, non ostentationum argumenta colligetis: sed animo, ingenio, vita, moribus, consilijs meliores absolutioresq; vos fieri (quod quidem et peruelim et conabor) intelligetis. Quam ni nos iuuare potero, vel exemplo vel doctrina, vtrunq; autem debeo: id profectò faciam, maloq; perpetuo reipsa præstare, quàm nunc ipsum verbis prolixè polliceri. D I X I.

# Περὶ τῆς ξωμαϊκῆς
# γλώσσης πρὸς
# τοὺς νέους.

# LATINÆ LIN
## quæ studiosis adole
## scentibus. S.

Non pauca sunt nigrarum litterarum pestes, et hac in reliquis perniciem illis faci
le creat, quòd tantopere aut Latina lingua negligitur, aut aliter quàm fieri conuenie
bat discitur, atq; non tantùm ab adolescenti
bus, sed et ab ijs, qui eius se egregios magi
stros profitentur, perperam tractatur. De
vtroq; vos, qui in studijs viuunt, recte fi
deliterque moneri, operæ precium esse exi
stimo, vt cum eam magnifaciendam, aman

dam, discendamq; intellexerint; in ea demcops multum operæ, idq; non infelicis ponant. Quid vero caussæ est, vt ipsam minimè adspernandam esse arbitremur? Numquid vulgi opinio, quod ipsum eruditionem ex peregrinarum aliquot, etiam barbaricarum vocum sonis eruditionem metitur et existimat? Cuius enim sese ignarum esse videt; id in rebus singularibus numerat, et velut maximum quiddam suspicit. Hoc verò multitudinis iudicium nos minimè sequemur, et, vt muliere fuco sese illinentem aut inhonestam aut leuiculam esse statuimus, sic quicunque ex hoc similiq; eruditionis fuco laudem quærit, eum vel improbi vel valde puerilis ingenij hominem esse arbitrabimur. cumq; sic senti-

amus: et ad ipsam eruditionem contendemus,
et si quid maioris caussa sit, quæ Latinam
linguam nobis charam faciat, perscrutabimur;
et si quæ veræ futura sunt, ijs inuitemur;
et tum demum studium hoc nostrum magno
pere vrgebimus. Etsi autem non pauca sunt,
quarum singula hominem non indigantem
capere facile possint: tamen in ijs omnibus
vnam mihi et alteram reperire videor, quæ
nobis ad tergiuersandum de hac lingua mini-
me quidquam largiantur, sed vim condiscen-
dæ alignam nobis et quidem vehementem ne-
cessitatem imponant. Si enim vel solam eius
vetustatem, siue venustatem, siue perfectionem
considerabimus: nulla harum est, quin vide-
atur nobis in ipsa aliquid operæ temporisq

insumendum persuadere. Quis namq; est ita
impolitus, et tantus humanarum rerum igno-
rationis affectator; vt hominum illorum vete-
rum, qui totum non breui tempore terrarum
orbem prudentia sua non infeliciter moderati sit,
quiq; res maximas domi foriſq;, in bello et pace
gesserunt, sermonem ignorare quàm cognoscere,
cùm hoc non maximo negocio consequi valeat,
malit? Quis item lingua pulcherrima diuino-
rum ingeniorum studijs et monumentis non
solùm illustrata, verùmetiam ad summam pa-
nè perfectionem deducta non delectetur? pra-
sertim cùm, si nihil aliud, tamen hoc statim con-
sequuturus sit, vt cùm multa cognoscat, dulcia, gra-
via, vtilia, tùm hoc pacto patriam linguam su-
am vbertate dicendi nonnulla amplificaturus

videatur. quæ omnia certè non de nihilo esse, quimis facilè intelligit. Quare ingenui adolescentis officio fungitur is, qui linguæ Romanæ, germanæq; eius puritati studendum sibi censet esse plurimum; nec reprehendendam ullo modo inanemue aliquam, sed veræ intelligentiumq; suffragijs magnopere approbandam laudem sectatur, qui eam non solùm rectè intelligere, politè loqui et scribere conuititur, sed etiam in ipsa, hoc nostro ævo eloquentia præstare sibi pulcrum ducit, inq; eo assequendo labores maximos difficilimasq; vigilias sustinet. Id enim si illo seculo, quod omnibus rebus et maximè disertis hominibus floruit, pulchrum fuit: quantò idem nunc, vt longè est difficilius, ita multò pulchrius laudabiliusq; esse existimandum est?

quod vt ingenioſis politaq3 natura factis homini-
bus facilè perſuaſum iri, non dubito: ſi verror,
vt ſordida indole ruſticaq3 nati neq3 huius neq3
cuiusquam linguæ eloquentiam flocci faciant.
Illorum ego gratia ad huius rei probationem
ſatis ſuper dictum eſſe: his, quoniam ſatisfi-
eri non poterit, neq3 ijs plura, neq3 hæc ipſa
dici æquum eſt. Nunc verò porrò agendu
erat, vt conſtaret, quanta nobis illam diſcen-
di neceſſitas incumberet. quod ipſum hinc li-
quet: quod hæc lingua angueſtis olim circum-
ſcripta terminis, nunc in orbem Chriſtianum
vniuerſum diſſeminata continetur omnis vitæ
religionisq3 ſocietas. quod quantum quámque
diuinum vinculum ſit, brevibus verbis expli-
cari non poteſt. nemini tamen hoc non aper-
tum eſt: eum, qui huiusmodi vel minima

parte aliquid præstet, singulari et pene divino bono plurimos mortalium afficere. Faciet autem hoc, quicunq; huius linguæ, de qua pauca vos monere, non ipsius omnes laudes perscrutari instituimus, beneficio res bonas, utiles, sacras, hoc est doctrinas artesq; omnes ingenuas et præ omnibus cœtus humanos privatim publicq; recte celebrandi rationem vel tradiderit vel conservarit: vel hū etiam minimas partes sustinuerit. Is certe erit ὀσιώτατος ἀνήρ, quemadmodum Lacones quondam de viro præstanti et bene iudicasse et hostes fidissime dixisse accepimus. Ex quibus autem artes illæ fontibus depromi ijsq; solis possint: et quam lingua Græca unica omnium sit cultissima; et quam sine hac Latina ab omnibus ignoretur; &

quàm ea non instructus eruditi viri titulum
minimè tueter: et si qua sunt, quæ huc pertinent, aut huc pertinere videntur alia: alius erit longè commodior dicendi locus. in illum, ne cumulare omnia intempestiuè ineptéue videamur, hæc reijcimus: vel potius auctores vobis sumus, vt, quoniam rectè à pluribus hæc tractata et non malè demonstrata explicataque sunt, ijs ipsis non grauatim vtamini. In præsentia verò prælibanda erunt adhuc paucula: qua via in huius linguæ, tanti videlicet thesauri possessionem quàm minimo negocio veniatis. Et quidem sunt, qui spem illius discendæ omnem nobis præcidant. qui si rectè sentiunt, aut si eorum iudicio stare constituimus, omnis hæc frustra à nobis suscipi videtur disputatio. Omnino autem, si rectè sentiunt,

triunt, sequendi nobis erunt: et ab hoc instituto
in vniversum desistendum. Videamus igitur
potius, si errent: et quibus caussis inducti in
errore illo suo ita pertinaciter hareant. Vi-
dentur autem illi mihi vel imbecillitate inge-
nij sui ita iudicare, quod vix vnquam plus tri-
buamus alijs, quàm ipsi aut consecuti simus,
aut consecuturos nos speremus: aut depraua-
ta institutione, qua occulto inueteratoq; ve-
nemo animos nostros inficere adsolet: aut hac
ratione niti, quod fieri non possit, vt lingua,
cuius nuncipsum in multa republ. natioque
regno vsus vulgaris amplius sit, sciatur,
perdiscatur, loquendo scribendóue vsurpetur.
Jam vero illa examinemus: in quorum pri-
mo, amore admirationeq; sui admodum in-
epti ridiculiq; sunt, et ita faciunt: ac si

inops è tribus suis obolis regis potentissimi aera-
rium astimet: aut qui quod saxum ipse neque
projicere neq; manu tollere ex virium tenuitate
possit, idem à robusto, qui in hoc exercitio mul-
tum laboraverit atque profecerit, ne loco qui-
dem latum digitum motum iri contendat. In
altero culpandi profectò sunt mali magistri,
(nisi fortè retro in suos culpam declinare ipsi
velint) qui institutionis puerilis artifices se
professi, cùm ipsam penitus nescirent, quiq;
vel nugis pueros obruerunt, vel magnitudine
ponderéq; amplissimarum doctrinarum, quarū
ipsi rudes essent, teneram ætatem quasiq; gem-
mantem primum ante enatum florem cru-
deliter suffocarunt, aut quoniam error præ
fœcunditate munerari se non patitur, quo-

cunq; alio modo in suo hoc officio alucinati sunt.
Ad tertium quod attinet: non nego, si á matre
primùm imbibatur Latinus sermo, fore, vt ip-
sum facilius imbibamus. Itaq; difficile est
recte aliquando Latinè fari: sed non ita in
vniuersum difficile, vt id benè nos aliquando
consecuturos, desperandum omnino videatur.
Adolescens enim ingenuus, ingenio abundans,
vt vestigijs ducis periti ingredieus, non solùm
sermonem Romanum plenè cognoscere, sed et
sublimiora perdiscere, et aliquando, vt Lu-
cretiano versu vtar, bene

——— munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena

poterit. Nec eam quis propterea ignorare
censebitur, si nonnullas rerum nomencla-
turas ignoret, vt puta, quadam vel piscium

vel herbarum, vel rerum similium nomina: nisi forte nostram linguam tum etiam ignorare putandi sumus, cum instrumentorum, quibus in officinis artifices vtuntur, nomina non tantum nescimus, sed ne quidem vnquam in vita audiuimus. Ea vir politus ignorare etiã volet, et si norit disertus, ijs, vt sordidis, nequaquam sibi in re seria vtendum statuet. Hanc igitur curam ijs, qui omnes suos annos Grammatica denuncrunt, vt ad altiores litteras contendentibus vel indignam vel minus necessariam relinquimus: nec tamen haec minuta, si qua sine maiorum meliorumque detrimento meminisse poterimus, aspernamur. Sed ad prius redeo. si neq; à nutriculâ, neq; à vulgo hunc sermonem accipimus: accipimus cum certe, aut profecto accipere

possumus à longè præstantioribus autoribus,
qui quodcunq; nobiscum communicauerint, idip-
sum puram ab omni parte perfectumque est:
cùm quæ ex face populi hauriremus, multa in-
quinata, sordida, barbara essent futura, Ro-
manaq; elegantia et eruditis hominibus longè
indignissima. Neque verò tantùm ex summis,
quos dixi, scriptoribus linguam illam exsu-
gimus: sed et simul cùm aliquam eruditio-
nem atq; rerum haud vulgarem cognitionē
acquirimus, tum illa veræ eloquentiæ no-
bilia præcepta, ad quæ quoties hærere nobis
videmur respicere solemus, perdiscimus. Quæ
qui præstant omnia, vt faciunt aliqui aut
facere saltem possunt: ij Latinè ignorare
et hac tempestate et vbiq; terrarum non
poterunt. Nec Marcus Antonius Flamini-

us, de quo dubitaris, excellentiorne Philosophus, an poëta, an orator fuerit, si rectè recordor, dubitauit alibi affirmare, atque sibi eruditis quibusque viris Latinam linguam cognitam esse, vt olim Romanorum plurimis fuit. quod vt ipsi credam, facit ea ratio, quam iam ante in medium attuli. Vt autem tales aut nulli exoriantur, aut quam paucissimi, est in ea re, ris hac causa vna omnium maxima. quod qua via in discendo docendoque ingredimur, ea abducere magis a puritate huius nostræ linguæ quam adducere ad eam consueuit. Cuius rei gratia multa erant ostendenda, nisi id etiam frustra facturus mihi viderer. Vel enim hæc non leguntur, vel oscitanter percurruntur, vel ea sequenda sibi nemo existimat, vel si quis eiusmodi sibi regulam seque-

dam putat, is ab alijs viua voce retrahitur, aliamq3 regulam, quam vel ipsi sint secuti vel excogitarint nullis fundatam rationibus, sequi iubetur. Tamen (si saltem vel vnus nos audituruus sit) panca hoc loco commemorare statuimus, pleniorem q3 totius negocij explicationem in manus otium differemus. Primùm igitur in ipso limine impingunt, qui et ad reliquas litteras et ad huius lingua studium omnis aetatis, et cuiuscunq3 ingenij homines hortari audent. qui si cogitarent, se neq3 decrepito neq3 claudo, vt cursore vsuros, aut si vterentur desipere: neq3 profecto illud facerent. Atque vt de annis apertius dicam, quemadmodum cui tractatione rusticarum operarum diuturna digiti indurescunt, neq3

iam ad agilitatem illam, qua opus est in pulsandis fidibus, adsuefieri possunt: ita cuiuis ingenium ex annis flecti nequit amplius, id cum omni doctrina, tum huic studio impetum esse non dubitamus. Itaq; et puerum te esse volumus, et quidem nobilis ingenij puerum, quicunq; Latinè loqui desideras, qui vbi te nobis dederis, viam tibi pandemus, neq; deuiam. Balbutire te iterum oportet, vt cùm maternam linguam infans imbiberes: verùm id ne ita puerili ter neq; tamdiu facias; normam tenere te, hoc est, grammaticen oportet. huius igitur praecepta et vulgaria et pauca discres: et cum hisce vnà Latinarum vocum, sententiarumq;, quantum quidem sine fastidio potes, numerum. In ipsa autem arte teneri

te

te multos annos nolumus, vt videmus ab indoctis
fieri, qui in nugis illis primum necessarijs et non
contemnendis, puerilibus tamen, a pueritia
in adolescentiam, atq; etiam in iuuentutem vsq;,
qua non solùm amplissimis alijs doctrinis ac-
cipiendis, sed et vitæ hominum colendæ, &
rebus quoq; gerendis, sæpe etiam maximis,
accommodata est, auditores suos detinent.
Quid ergo? e' Grammatica spacijs excedere ne
te iubemus? Imo' in ijs non puerum solùm,
sed virum quoq; esse volumus. neq; enim
illa vnquam, nisi cùm lingua iactura ca-
rebimus. Sed prima illa rudimenta vel
paucis mensibus vel vno anno (puero enim
sat temporis largiemur) imbibes. deinde,
quæ sequuntur, alia vel celeriter itidem vel
paulatim, prout videbitur, aut lecto vno

alterõue Grammatico, aut ad erudito Latinoq3 viro monitus cognoueris. Simul autem ado-lescentulo generosæ indolis, quiq3 vix artis illius præcepta prælibauerit, interpretabimur Scriptores Latinos, non quidem multos, sed vnus primùm sufficerit. Arcebimus autem, cum in vniuersum, ab hominum barbarorũ scriptis, aritteque antiquis auctoribus illigabimus. quod monere supernacaneum erat, nisi viderem, in scholis pene omnibus tam publicis quàm priuatis, tam celebribus quà obscuris, cuiuscunq3 potius libros, etiam indocti et barbari, teri et veluti oracula trahari, quàm veterum aurea illa monumenta, quod me etiam fateri pudet: neq3 dicere, si cum maximo litterarum detrimento à me posset prætiriri. Sed si hoc sequimur, vt faci-

mus haltenus, profecto nos semper auditoribus nostris magni videbimur, qui soli veteres legerimus, et aliquando vel vocula vel sententiola ex arcano quodam loco depromptam cum magna nostri admiratione adferimus. Hoc, inquam, fit; et qui nos audiunt, nunquam ad vllam eruditionem penetrant, neq; possunt nobis doctoribus, qui illius vmbram quoq; nondum vidimus. Sic et plerisq; docti sumus et insciti tumemus. Ceteri, qui doctis illis sordemus, neq; quidquam quod ipsorum delicato stomacho satisfaciat dicimus: fatemur quidem nos multa ignorare, sed ab insciti et nosmetipsos et nostros vindicare ad veras litteras non oscitanter studemus. Et veteres ipsi in manibus habemus et alijs interpretamur. Sed cuiusmo-

di eum esse interpretem oportet? Cum credo, qui ipse quos interpretetur intelligat: non qui barbarie germanam Latinitatem defœdet; non qui vna vocula ludat, reliquas ignoret: non qui schema aliquod rhetoricum monstret, aut vnum argumentum dialecticum eruat. (Faciunt enim hoc commentariorum suorum præsidio, quos ab alijs acceperunt, non sua eruditione) Sed qui et singulas voces et conuenientias intelligat; et has non solum intelligat, sed et rem ipsam de qua agitur. Hæc enim percepta vim vocum sequi, demiq. Docebit te ergo, mi adolescens, et qua mens auctoris fuerit, et cur eam hac forma exprimere voluerit. Sic facile tibi huius linguæ non mediocres diuitias comparabis, et te aliqua simul eruditione tinges. Illas voco puras, elegan-

tes et copiosas dicendi formas; cuiusmodi et hæ sunt, quas et sine tædio et cum aliquo tuo usu lecturum te speramus. hæ tamen vide, ne te à quotidiana Latinorum lectione abducant. Ad interpretem illum tuum, tuiq; ingenij magistrum redeo. Is nugando te potius, quàm urgendo, quò tendis, ducet: nec te vel minijs laboribus, vel grauium rerum tractatione detinere es, si sapiet, obruet. nolet te neq; philosophum, neq; oratorem, neq; poëtam, neque medicum, neq; iurisconsultum vno die esse: quod fieri nullo pacto posse sciet. Vidi, qui cùm excellerent ingenio, et vehementi litterarum studio flagrarent, cùm à stultis magistris ita obruerentur: vel confusam et tenebricosam quandam pro distincta et se-

rena illa eruditione fuisse consecutos: vel omnino á litteris, quod profecto longè satius erat, defecisse. Egóne ergo is sum, qui adolescentes ociari inbeam? qui ipsorum patrociner ignauiæ? Scilicet: an non quæ cum commodo tuo naneiscei et cum quadam voluptate possis: ea cum labore et summa molestia cumq3 tuo incommodo, vel naneiscei, vel nondum etiam, malis? Túne, cùm calceum emis, quo pedes á cœno spinisq3 tuearis; vel ab omni parte et in crepida quoque rimas agentem, vel eum quo sic vrgearis, vt cutem tibi vndiq3 perfricet, emes? Aptum, dices, emam vt integrum. Et tu non peccas, qui ita tuis commodis consulis; non peccas, inquam, et ego pecco, qui in re omnium maxima, in litteris totaq3 hominis liberi educatio-

ne alijs quàm commodissimè fieri possit vel prospiciam, vel certè in hoc elaborem. Quid multis? ab vsitata illa tetrica et sophistica educandi docendiq; ratione totus abhorreo: nec censeo committendum, vt vel hac vel illa vel vtraq; liberos suos patres, qui sunt alioqua prudentiâ, corrumpi et perditum iri patiantur. Disciplinæ verò pueriles hunc ego præcipuum scopum esse constituo, si, qd officium Horatius poëtæ tribuit, eo pædagogus fungatur.

Os tenerum pueri, balbumq; poëta figurat,
Torquet ab obscœnis iàm nunc sermonibus aurem.
Mox etiam pectus præceptis formet amicis,
Asperitatis, et invidiæ corrector, et iræ.
Recte facta refert, orientia tempora notis

Instruit exemplis inopem solatur, et aegrum.
Probatis igitur ante omnia moribus ingenuum
puerum imbuet, singulariq; ipsum benevolé-
tia tractabit. Alterum est, vt ipsum hac
lingua ad capiendam pleniorem doctrinam
præparet. Sic enim non solùm adminiculo
eruditionis, sed et huius neq; quidem ieiunis
aut tenuibus principijs, instructur. Sed
quid hoc? Cùm stylus sit dicendi artifex,
an non subitò in scribendo declamandoq; se
exercebunt? annon parient antequam con-
ceperint? Hoc video fieri non posse: de illo du-
bitatur. Vt pueri libros scribant, vt oratio-
nes quemadmodum nunc fit: id planè fal-
sum est; nec vno est incommodo fœcundum.
nouas sententias et stultas coguntur gigne-
re, vel nugando assuefiunt: et nouam lin-

guam

quam pariunt, et opinione magnæ eruditionis
et eloquentiæ inscij fascinantur. Multum igi-
tur legant, et aut nihil omnino scribant, aut
versus pauculos, quibus vires explorent suas.
Satis alioquin est malè scribacium hominū
indoctissimorum. Porrò verò, quando inge-
nium cum annis maturuit: tum difficiliores
auctores intelligendi erunt, et philosophicis
litteris multum tribuendum temporis et
studij. Neq; enim sine hac ipsa spes est elo-
quentiæ aut Latinæ linguæ, quæ si diserta
nobis non contingat: infans est. Si infans,
nulla penitus. De illis, quos intelligam, nō
potest esse obscurum. Nemini enim non no-
ta est vnica illa et aurea Romanorum
ætas: notiq; illius scriptores celeberrimi. in
quibus ego poëtas etiam numero. excludo

autem, quocunq; tempore vixerint, qui non praeclaram eruditionem cum lingua sua conjunxerint. Sed poëtas is demum cum fructu tractabit, qui quae sit dicendi ars, et quae item poëtarum cognouerit. Erit igitur et oratoria discenda, nec ignoranda poëtica, vt Latinè discas et scias. Nec nisi minuti oratores sunt, qui ad scribendum de inscriptis & philosophia ignorata conuertunt. Vt sunt hodie non pauci, qui magno studio de rebus nihili voculas puras dicendiq; formas elegantes conquirunt vndiq;: quique mira arte vel incisum vel ambitum orationis exsculpunt, et sibi suiq; similibus mirificè, vt fit, hanc ob rem placent.
Quàm lepidè lexeis compositæ, vt teserulæ,
omnes,

Arte pauimento atq; emblemate vermiculato.
Rideat profectò eos si reminiscat Socrates. vt
suos illos sophistas et rhetores solebat. In his
sunt illorum quoq; nonnulli, qui imitando se,
se excruciant, et meras imitationes crepant:
quiq; dum imitari hunc vel illum vel bonum
vel deterioris notæ auctorem maximè studet,
malè quidem id faciunt, neq; tamen omni
imitatione excidunt. nam cùm neminem
neque imitati sint, neque imitari potuerint;
quòd quid sit imitari, et quomodo imitatio
instituenda nunquam didicerint; imitantur
tamen, casuq;, quæ ipsis in mentem non ve-
nerat, illam generis nostri imitatricem be-
stiam absoluta quadam imitatione exprimunt.
Egregiam verò rem; quæq; me cum ipsis facilè
ridiculum fecerit: Alteros tamen, qui quid

sit imitatio, quomodoq3 instituì eam oporteat,
qui ipsi maximos viros rectè imitantur, ve-
ramque imitationem alios rectè docent (quod
ego quoq3 scire peruelim) maximi facio et ad-
miror: et quidem multò magis, quàm si quis
hodie Apellem imitatus, diuina illa Apellis
ratione, in pictoria omnibus, qui hodie viuunt,
pictoribus praestet. Horum consilijs, si qua
vobiscum aut communicarunt aut communica-
bunt, censeo vt vtamini. Vti tamen tum
demum rectè ijs poteritis, si quae dixi eritis
a pueris secuti, et prae omnibus plenas inge-
nuarum litterarum doctrinas cognoueritis,
et veterum philosophorum oratorumq3 optimos
libros legeritis, intellexeritis atq3 didiceritis.
Quod qui facere neglexerint: ij fortasse in pue-
rilem histrionicamque imitationem aut futile

loquacitatem incident, sed ad Latinam lingnam et eloquentiam eruditam, quarum illa sine hac existere, bonoq; publico seruire non potest, nunquā peruenient. Sed prolixius hac, quàm debui, imperfectius item, quàm volui; eruditos excitare conatus sum, vt absolutiora adolescentia scribere non grauentur. id et mihi communi omnium nomine erit gratissimum. Ego verò etiam, si acutius aliquando videre plenioraq; tradere potero, adolescentes; faciam, vt nulli me opera ad vestros conatus iuuandos pepercisse; nec vel dignitati vel rei familiari magis quā plurimorum vtilitati studuisse, ex argumentis minimè dubijs intelligatis. Valete.

Rost. Fochij,
Cal. Apr.
CIↃ. IↃ. LXIV.

Iohannes Hagenius

τὰ περὶ τῆς ἀνδρείας
ἐκ τρίτου ἀριστο-
τέλους ἠθικῶν
ῥωμαϊστὶ παρα-
φρασθέντα.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0083

# LOCVS ARISTOTELIS EX III. ETHICORVM,

## DE FORTITVDINE,

### Latina paraphrasi explicatus.

CVM superiore libro de mediocritatibus disputaremus, doceremusq; virtutem in ipsa mediocritate consistere: cùm infinitis alijs exemplis vsi fuimus: tùm etiam Fortitudinem, de qua nunc uberius perfectiusque

agemus, mediocritatem esse diximus. eiusmodi verò mediocritatem, quæ circa metum et confidentiam versetur: vbi modus constituitur, et ijs quæ formidamus et ijs quæ intrepidè subimus. Formidamus verò ea, et ab omnibus ijs refugimus; quæ metuenda nobis et terribilia esse videntur. Sunt verò metuenda et terribilia, vt nunc quàm simplicissimè et generatim dicam, quæcunq; mala esse iudicantur. Vnde fit, vt metum definiant, opinionem impendentis mali. Metuimus igitur quæcunq; mala sunt: exempli grathà: nomen obscurum et ignominiam: paupertatem et egestatem rerum: adfictam et prostratam valetudinem: solitudinem et vitam amicorum præsidio societatequè orbatam: ingentia discrimina, et ipsam mortem denique. Hæc et alia pleraq; citra

disceptationem in malis numerantur: in
quibus omnibus vel aggrediendis vel perpe-
riendis vel superandis, cum non videatur
vir fortis occupari (et quidem non occu-
patur) alia ab alijs mala discernenda erunt,
et hoc pacto haec de forti animo doctrina,
cum circa quae mala sit tandem constabit,
illustrabitur. Atque illud vel hoc omnium
primum probabit, quòd sunt nonnulla, à
quibus abhorrere et quae metuere omni-
no oportet. et si quis ea metuat, hone-
stum id erit: sin minus metuat, turpe.
Ex horum genere est, obscuritas nominis
vel ignominia. hanc nemo non bonus et
pudens vir metuit: quia eam non me-
tuit, sed temerè subit, et improbus est,
et verecundiae limitibus non parvo in-

ternallo egressus, in impudentia regnum totus
vertit. Fit tamen nonnunquam, vt is,
qui decens sibi non formidandum putet; á
quibusdam fortis ex tali audacia, idq; trás-
latione quadam nominetur. est enim in hoc
impudente et in viro forti simile quiddam:
quod tam ille quám hic metu non conturba-
tur. est tamen nimis dura, et limato iu-
dicio auribusq; politis vix vel potius non
ferenda metaphora. Ac quidem tantú
de ignominia: de alijs nonnullis aliter
sentiendum esse videtur. Inopia et mor-
bus, et quaecunq; demum non é malicia
dimanant, neq; á nobis metipsis proficiscú-
tur; Cùm enim vel huius vel illius vel
reliquorum auctores nobis sumus, diuer-
so modo iudicandum erit: aliter namq;

de exilio Aristidis, aliter de expulso scelerato cive iudicabimus) etsi formidanda non sunt: tamen si quis haec ipsa non formidet, vir fortis adhuc tamen non est eiusmodi, de quo et de quali hū disputamus. Dicitur verò etiam, qui inopiam, morbos, exilium non formidat, fortis: tolerabiliore multoq; magis ratione nimirum tralatione, quàm illa erat, cuius paullò antè meminimus. Re autem vera hunc fortem non esse, ex eo liquidò apparet; q; nonnulli, quos bellicorum periculorum metus facilè percellit, et de gradu mentis deijcit, non tantùm liberales sunt et munifici, verùm etiam tanti non faciunt opes, animoq; minimè frangantur, etiamsi vel aliquarum opum, vel vniuersæ rei familiaris iacturâ faciant.

Sunt porrò terribilia quædam, quæ sine
metuas; non timidus propterea: sine ma-
gno animo subeas, non fortis habeberis.
Nam qui metuit, ne iniuria contumeliâ
ne liberi sui aut coniunx afficiantur, me-
ticulosus minimè perhibebitur: curam
enim eiusmodi pro suis merito suscipiet,
quos ipsi amare longè æquissimum.
Itaq; etiam ipsis, ne vel iniuria vel con-
tumelia á quoquam afficiantur, pru-
denter prospicit, aut si acciderit, suos vl-
ciscetur. Qui item inuidiam metuit, in
nullam intelligentium reprehensionem
cadit. nolet enim se sua sponte in malũ
aliquid conijcere, quòd multis optimis
hominibus, inuidiam exitium attulisse
videat. nec tamen á virtute et egregio

Suo instituto vel latum pilum declinabit,
Sed cùm in hac constanter prsistet, tùm tan-
ta cum prudentia agit omnia, et humani-
tate, vt neminem improborum, qui parati
Sunt ad euertendos bonos, culpa aliqua vel
minima iritet. Sunt et nonnulla præ-
ter hæc, de quibus similiter ex his existi-
mare non erit difficile. Contrà verò, qui
Se virgis cædendum sponte offerat, neq;
si cædatur, quidquam perturbetur: for-
his erit minimè, Sed sæpè etiam præterq;
quòd fortitudine nulla erit præditus, pe-
tulans, nempe si verbera meritus esse nō-
minetur. Hactenus circa qua terribi-
lia non versetur vir fortis, retulimus:
reliquum est, vt quod quæri hìc oportet,
circa quæ igitur versetur, explicemus.

Hæc mimirum erunt, quæ omnium maximè terribilia esse creduntur: quoniam his nemo superior est, qui illa aggredi audent, sustenturos sperant, et denique vel præclarè vincendo, vel præclarè succumbendo superant. Nihil autem omnium terribilius morte &c: quòd hæc sit humanarum rerum humanæ, quæ vitæ cuicunque terminus: neque cuiquam, qui in fata concesserit, quidquam videatur vel boni vel mali esse reliquum. id quod ita se habet, si de ijs intelligamus, quibus præsentes præsentibus frui nobis contigit. altera autem ab hac diuersa at quasi huic aduersans disputatio subtilior est, neque huc pertinet. Verùm tamen hæc quoque popularis opinio falsa non est. neque enim corporis iacturam vbi semel fecerimus:

id

id nos vnquam recuperaturos affirmare pos-
sumus. Ceterùm cùm iam constet circa mor-
tem mortisue discrimen versari virum for-
tem: secundum est, vt, circane cuiusuis mor-
tis quodlibet genus versetur, an circa certu,
inuestigemus, et si circa certum, certum
demceps genus definiamus et indicemus. Vi-
detur autem vir fortis nequaquam circa
mortem, quae in quocunq; sit periculo, ver-
sari. Vt si quis vel in mari submergatur,
vel morbi diuturnitate grauitateue con-
cidat, vel simili quodam modo perrat:
aut in horum malorum discrimen ali-
quod vel illabatur vel se conijciat. Cùm
igitur non versetur circa cuiusuis mor-
tis discrimen: versari videtur circa dis-

crimen mortis pulcherrimum, maximè illustre, laudatissimum et honestissimum. In tali sunt, quicunq; in bello militant et in aciem prodeunt: in omnium videlicet summo et maximè praeclaro. Quod cùm aliàs liquet: tùm huic sententiæ facta iudiciaq; et omnium ceterorum hominum et cumprimis principum consonat. Nam et respub. et reges non solùm praemia et honores victoribus, vt coronas, statuas, triumphos, item alia decernunt, sed et ijs, qui pro patria libertateq; pugnanter fortiter hostium manibus ceciderint, impertiunt suæ voluntatis non obscura testimonia, cùm et ipsos elogijs celebrant, et ipsorum quoq; liberos, quibuscunq; modis visum fuerit, ornant: vt et illi defuncti et horum

hæredes præmiorum honorumq; non postrema
parte affecti esse videantur. Habemus igi-
tur nunc virum fortem, qui rectè proprié-
que ita nominatur; qui scilicet egregiam
illam et honestissimam mortem non exti-
mescit, et intrepidè quæ in promptu sunt,
oculisq; obuersantur pericula subit. cuius
generis cumprimis illa esse diximus, quæ
in bellis sunt. hîc enim et præclara se pu-
gnandi caussa ostendit, et qui præliatur
sua sponte accedit, et nullus non locus est,
quin cuius præsentem mortem minitetur.
Est ita, quod diximus, vt vir fortis in diffi-
cilima hac parte nihil timeat: sed &
idem minimè siue naufget, siue ex morbo
laboret, siue quocunq; alio infortunio vr-

gratur, timoris expers est; quanquam sæpius quàm reliquum vulgus. Non enim ita timet mortem nauifracta, vt nauta et vulgares remiges: eiusmodi namq; casu fortes viri, et salutis spem omnem abijciunt, quam tali loco pro sua prudentia nullam esse vident, et tale mortis genus extremè auersantur, quod præclarius mori velint; ac nihilo minus fortiter fatis concedunt. Nauta verò præter quàm fieri solet, et præter quàm fieri pane potest, in mari aliqua vitæ spe se ipsi titillant, atq; stultitia sua fallunt.

Auget autem indignitatem rei in viris fortibus, quòd semper masculum animum probare concupiscunt in ijs rebus, vbi et viribus locus et mori honestum celebreq;

est: quorum neutrum neq3 in hoc neq3 in si-
mili discrimine reperitur. Nam contra im-
manitatem maris neq3 robur valet; neque
si mari absorbearis, ulla tibi id parte ho-
nestum, pulchrum et laudabile, sed mise-
rum luctuosumq3 erit. Et si verò hac te-
nus de terribilibus, de omnibus, quæ for-
midinem mortalibus incutiunt, non pau-
cis dictum est: attamen quando non idem
omnibus terribile esse videtur, sed de hoc
plurimum judicia variant, distinctionem
aliquam aliam minimè prætermitten-
dam esse arbitror. Est enim terribilium
quoddam genus, id quod et hoc nomine,
prout maximè meretur, appellamus:
quod mortales vires humanosq3 animos
multum excedit. quale nemo non exhor-

reſit, qui ſanæ mentis ſit: nec attinet de hoc in præceptis fortitudinis quidquam præſcribere. Hæc autem ſemper, vt non raro monemus, quæ noſtro generi vitæq; colenda non ſunt conſentanea: ab his ciuilibus diſputationibus, vt quorum nullus vſus erat futurus, remouemus. Quare et hisce terribilibus, q̃ ſuſtinere mortalis natura non poteſt, excluſis: de alteris, in quibus homo ſeſe exercere et aliquid agere poteſt, diſputabimus. Quæ huius poſterioris generis ſunt, magnitudine differunt et gradibus: quòd ipſorũ quædam magis; quædam minus metuendа ſint. Vt autem hæc terribilia: ſic et illa, in quibus aliquid audemus, differunt magnitudine et gradibus: quòd et horum

quædam minus; quædam magis audenda
existimemus. Jam, cum dicimus, virum
fortem non totum consternari, nec vniuer-
sum percelli, quomodo id intelligendum
sentiendumq; sit, non est obscurum. Si enim
de extremis illis terribilibus malis quasiq;
diuinis (si nobis sic loqui licuat) dicas:
consternabitur certè et percelletur, totusq;
omni animo collabetur: quod numen no
sit, neq; numinis vires animumque, posse
sidcat. In altero verò terribilium gene-
re, qualia possunt subire, sustinere &
nonnunquam superare homines, non
spondebit animum, neq; consternabitur
aut percelletur: sed animo sibi constabit,
quantum hoc in hominem cadit. Etsi
autem in posteriore genere non ita con-

cidet, vt ipsi omne ad agendum consilium ex-
cidat: tamen non nihil etiam huius generis
terribilia metuet, neq; enim vel è quereus
robore quisquam etiam fortissimorum dola-
tus est, vel è venis adamantinis prosiluit.
Verùm metuet et feret, prout ipsum opor-
tet metuere, et vt hoc ipsum iubet recta
ratio, quam omnium virtutum magistra
et regulam esse semper dicimus: idq; ip-
sius honesti gratia; qui perpetuus virtu-
tis finis est. Neq; enim vera virtus vnq;
alió respiuit, quàm in sui ipsius dignita-
tem, praestantiam, pulcritudinem, et ipsú
honestum. Jam in hac eadem metuendo
accidit, vt non solùm metuamus, eo quo
dixi modo: verùm multò crebrius, vt vel
magis, quàm fieri oportet; vel minus, quà

opor-

oportet; vel etiam quæ terribilia non sint, ac si sint eiusmodi, metuamus. Hinc nascitur, vt à nobis variis modis contra fortitudine pecetur. Fit enim vt quis timeat. aut quod non oportet: vt qui timet vel ad minas, vel ad rumusculum, vel ad strepitum, quorum nullo vir fortis movetur. aut quo modo nó oportet: vt qui vel præsens periculum, id, quæ graue negligit, vel ita eo afficiatur, vt deliberationi nullum sibi relinquat locum. aut quo tempore non oportet, vt qui, cùm antè bene animatus fuerit, in ipsa acie remittat spondeatúe animum, cùm ipso maximè opus erat. aut cùm aliquid violat in moderando timore, qđ violatum minimè oportet, quodq; aliqua

parte fortitudinis functioni officit. Quæ autem de metu diximus, quomodoq3 moderandum ipsum ostendimus: eadem omnia item ad audaciam referantur. Audebit enim vir fortis, non quidem omnia, quando sunt quam plurima, quæ fieri nostra industria nostrisq3 viribus non possunt, sed quæ hominem sustenturum verisimile est, quæq3 ipsum sustinere virtus jubet. Hæc vero audebit, et vt par est et vt dictat ratio: idque itidem propter ipsum honestum. Peccatur autem hîc ex ijsdem rationibus, ex quibus in metu. Nam cùm eorum, quæ audemus, nonnulla nimis, nonnulla minus, nonnulla quæ non audenda sunt, audeamus: peccatur à nobis, primùm cùm

audemus, quæ minimè debebamus. vt si quis
vnus se in decem plurésq; hostes conijciat:
deinde cùm non quomodo oportet audemus,
vt qui in hostem impedito consilio malè
armatus bene armatum impetum faci-
at: præterea, cùm quando non oportet,
vt si quis noctu multisq; tenebris cum
hoste congrediatur, quo interdiu pote-
rat facilè superior esse: denique cùm
vlla confidendi ratione aliquam forti-
tudinis partem conturbamus aut labe-
factamus. Quando igitur, qui cùm in me-
tu tùm in audendo peccent, declarauí-
mus: iam non erit obscurum, quod dicen-
dum est de natura officioq; viri fortis.
Erit verò minimum is vir fortis, qui cùm
omnia perfert et metuit, quæ perferri et

metui oportet; idque ob eam causam, ob quam oportet; atq; etiam eo quo oportet modo: tum nihil non fidenter aggreditur, quod oportet; neq; alia de causa quàm oportet; et ea demq; omni ratione qua oportet. Qui in utroq; que constantem sese et perpetuum præstat; is reuera vir fortis est. Vir enim fortis, factorum suorum habitu præditus est, hoc est, perseueranter patitur et facit id, qđ patitur et facit; et sequitur in ambobus omnia, quæ dictat recta ratio. Si quis autem semel tantùm aut etiam iterum, forte aliquod facinus edat; is nondum erit fortis. quoniam habitu destituitur, nec potest semper, vt ita loquar, fortitudinem designare; nec adhuc finem fortium factorũ (id est, habitum vel ipsam fortitudinem)

est consentus. Est enim functionum, quas agimus et exercemus, finis, vt habitum tandem acquiramus, hoc est, vt tandem perpetuò illas sine molestia sineq; difficultate exerceamus. quod exemplo fiet clarius. propterea Musicæ amator digitis fides quomodocunq; primùm pulsat, vt aliquando habitu citharœdus sit, positq; quandocunq; velit illas rectè cum singulari facilitate tangere, perfectosq; modos, quos animo concepit, cantu suo exprimere. Id cùm in omnibus virtutibus fit, tùm in hac fortitudine. Sed cum de metus cõfidentiaq; terminis modoq; diximus; simul ostendimus, oportere veram causam esse, et cùm sciri, tùm animo teneri,

cuius rei gratia tr talem prastes. cùm autem in caussa erratur, tum res ipsa nulla est. Sed caussam habet vir fortis, ipsum pulchrum et honestum. huiusmodi enim finis est fortitudinis, quem cum respicit, ipsam simul caussam intuetur, vt debet. Nam quaelibet res ipso fine definitur, ponderatur et censetur. Quare, vt dixi, vir fortis non opum neq; potentiae neq; nominis. Sed solius honesti illius atq; praeclari gratia patitur et facit, quae, cumq; ipsum pati et facere praecepta fortitudinis iubent. Ceterùm explicatis modo illis, in quibus peccatur, atq; hoc etiam ostenso, qui sit vir fortis: ad superiora paullulum respiciemus, eosq; nunc qui

errant, et hanc virtutem violant, delinea-
bimus. Horum ergo primus est, qui omni
in vniuersum ex animo metu abiecto, mul-
lum neq; exhorruit neq; metuit malum —.
talem vno suoq; nomine appellare non pos-
sumus; et fit hū quod superiore libro mo-
nuimus, multis rebus in hac præsertim
disputatione sua deesse nomina. quorum
loco vel vicinis nominibus vel circumscri-
ptionibus vteremur, quo res nomine ca-
rentes, tamen nobis vtumq; innotescerēt.
Eius modi verò homo sit fortasse, vel qui
omnibus mentis compagibus solutis in sa-
nit, vel omnibus sensuum muneribus ob-
turatis, vel saxi vel stipitis vitam agit:
si neq; terræ motus atrocitatem, neque

fluctuum marinorum tempestatumq; vehementissimarum saevitiam pertimescat. id vero de nullis hominum, praterquam de Celtis, quibus nihil possit durius in hac parte fieri, praedicatur. Secundo is, qui modum audendo excedit, audax nominatur. videtur vero audax quasi ventosus quispiam et iactabundus esse. ut namq; ventosus quidam iactator oratione sua ea sibi adscribit, quae minime in ipso sunt: sic audax sibi tribuit facto virtutem, qua caret, affectatq; re non nulla et imitatione id, quo revera excidit. Ut igitur vir fortis sese circa terribilia perpetuo gerit: ita hic, cui tantum est confidentiae et adsciti animi, gerere sese videri vult: cumque illum

exprie

exprimere in vniuersum nunquam possit; imitatur quacunq; ratione et in quibuscunq; rebus potest. Quare fit, id quod fieri necesse est, vt horum aliqui primo aggressu feruescant, sed paullo post animum remittant atq; spondeant. quod genus homines Graecis suum nomen habent: Latinis nominari vna voce non possunt. Nominatur autem illis ab audacia et metu thrasydili, quod nim ad terribilia gladiatorio animo accedant, in ipso demum facto languescant, et in turpi metu vel terga dent vel concidant. Tertius horum, qui violant fortitudinem, est; qui praeter modum metuit, formidolosusq; appellatur. habet enim hic proprium, vt, rebus nihili vel minutis perculsus, neq; metuat, quae metui oportet;

neque si sit terribile, quod metuendum videatur, id sit (totus enim occupatur metu) metuat, ad quem modum oporteat. haec ipsi comitantur, et alia horum similia. Hic verò in formidine excessus coniunctus est cum defectu in audendo. et quanq; vel hinc vel inde vitiosus notari potest; tamen non tam inopia fidendi, quàm abundantia in doloribus desperandi conspicuus est. statimq; deprehenditur. Timidus certè hic, nullius spei fundamenta videt: verùm illam omnem abiicit. quoniam nihil est ita vel minutum vel minus terribile, quin idipsum timeat. Cum hoc, quemadmodum et cum superioribus pugnat vir fortis, hac recensita de causa: quoniam, vt ille nihil sperat, ita hic bonae spei no

contemnendos thesauros collegit. Non potest namq; aliter, quàm optime sperare, qui fidenti animo praeditus est. Ex his quae de timidis, audacibus et fortibus viris iam exposuimus, apparet: circa eadem ipsos versari. Sed in hoc discrimen est, quòd nó eodem modo: sed aliter timidus et audax; aliter vir fortis & in terribilibus et audendis rebus gerit. illi namq; vel magis vel minus faciunt, quàm fas est, et ut loquuntur, excedendo deficiendóq; peccant: ille verò media via incedit, atq; in utrisque illis quae oportet, secundum rectam rationem facit constanter omnia. Accedit ad hoc discrimen, etiam alterum, quòd audaces temerarij sunt, et in consiliis capiendo, quod certè nullum capiunt,

quando cæco animi impetu feruntur, fabilq3
alios lacessunt, et in armis sumendis, quã-
do cum illis in perniciem ruunt, præcipites.
atq3 volunt, antequam ingruat periculum,
quod quamprimum ingruerit, à seipsis de-
ficiunt, quo nihil est turpius: cùm alioquin
socios deserere hostibusq3 violandos et cæden-
dos relinquere, et existimetur et sit turpissi-
mum. Contrà viri fortes primùm quieti
sunt et placidi. neque enim vel primùm
quenquam lacessunt, vel lacessiti impe-
tuosè in hostem irruunt: sed cùm de of-
fensis iniurijsne acipiendis maturo ini-
to consilio statuunt, tùm si necessitas
postulet, omni contentione animi, sum-
moq3 labore corporis quàm possunt agut

acerrime'. Redimus igitur ad id, vnde ce-
pimus, et quod in vestibulo diximus: for-
titudinem esse mediocritatem rerum &
terribilium et earum quæ nos ad auden-
dum prouocant. Neque verò prætermit-
virum fortem singulari indicio eligere
et tenaci proposito persequi quod debet at-
que sustinere; vel quia hoc honestatis lau-
disq3 in se contineat plurimum; vel quia
insigniter deformi macula turparetur, si
diuersum indicaret, sibi proponeret, fa-
ret et sustineret. Ceterùm cùm quidam
mortalium sæpe' sibi mortem conscinerint:
illi ipsi fortesne habendi sint, quæritur.
Etsi habent suos patronos, tamen si quis
sibi manus adferat, vel vt ab inopia se

eripiat, vel amorum suorum infelicitatem terminet, vel a cuiuscunq; generis doloribus se vindicet, non vir fortis est: quin timidus est et mollis. Deliciæ enim sunt et animi mollities extremè culpanda, si ea, veluti inferos, fugias, in quibus vel paullum vel multum molestiæ laboriúe hæreat; et vt fugias aut venenum sanguinemue taurinum hauriás, aut te strangules, aut te ipse confodiás. Accedit huc, quód quicunq; horum aliquid vel simile committit, non eó facit, vt honestum et præclarú aliquid patiendo superet, sed vt hac minimè laudata ratione ex infortunio se subducat. manifestum igitur nunc et hoc est: de quo vbi de iustitia disputauerimus,

iterum dicendum erit. De vniuersa verò
rtiam fortitudine constat, qualis sit; &
qualis sit, vir fortis. Porrò praeter vnà
illam veram et legitimam fortitudinem,
sunt adhuc, vt sic loquamur, aliae fortitu-
dines non quidem planè vera et legitimæ,
sed tamen non omnino extremorum vicio-
rum: ipsaq3 modorum quinq3 esse deprehe-
dentur. Primum igitur genus est for-
titudinis politicæ, quæ etsi à superiore
fortitudine non parvo interuallo abest,
quòd non illam ipsam et ipsum honesti
vnum plenéq3 respiciat; tamen ipsi pro-
pinquitate sequentium nulla est conjun-
ctior, req3 ipsa nulla similior. Politicam
autem eam nomino seu ciuilem, quoniam

à cunctis in vniuersum, qui non extremè
mali viri sunt, præstatur. Quomodo autè
ad illam proximè accedat, ex hoc intelli-
gitur: hi quidem non mouentur illa prin-
cipe causa, sed alijs tamen non planè
ignobilibus. Stant enim in acie, ne in
multam incurrant, neue infamia noten-
tur, aut vt honores adipiscantur. Itaq;
illi, apud quos et timidi infames sunt et
in precio fortes, hosce huius generis for-
titudinis studiosos fortissimos esse, indi-
cant. Eiusmodi autem Homerus et ali-
quot alios effinxit, et in reliquis etiam
Diomedem, ipsumq; adeo Hectorem.
quorum hic apud poëtam libro XXII.
quo tempore cum Achille duello con-
gressu-

gressurus erat, seque ab ipsum victum, trucidatum crudeliterq3 mactatum iri et metuebat et praeuidebat: consilium secum iuit eiusmodi, vtrum se domum abditurus, an vero aperto Marte cum Achille de summa rerum, deq3 adeo ipsa vita depraliaturus sit: in hac deliberatione multis verbis vti, tur, quibus dechinandae ignominiae causa discrimen se subiturum affirmat. inquit autem inter reliqua. Hei mihi: si ex campo nunc et acie me iterum intra por, tas et moenia recipiam: primum omniu acerrimus meorum factorum censor Po, lydamas probris me excipiet, infamiaque vt profugum desertoremq3 patriae et me, orum ciuium notabit. Paullo item post.

Quin et censuram non solùm Troianorum, qua nihil mihi potest durius accidere, verùm etiam muliercularum, quæ mihi vitam morte acerbiorem faciet, vereri me oportet: et mehercule pudore suffundor vehementissimo. denique verò subijcit. nec defuturus est vir improbus, quique me multò sit inferior, qui affirmare non erubescat: me meis nixum viribus & remp. et populum Troianum perdidisse. Ex illa verò tota oratione Hectoris, & cumprimis ex hisce verbis non est obscurum, quam timida ipsa fortitudine, vel potius specie fuerit fortitudinis assimulata. Flam verò eandem idem Diomedi libro eiusdem operis IIX. tribuit.

Cum enim vir prudentissimus Nestor, Dio-
medem vt sibi caueret, præsentiq; Hectoris
fortunæ cederet, moneret: in hanc sententi-
am ipsi respondet Diomedes. Recte' qui-
dem tu, Nestor, mones et prudenter. at-
qui hic me dolor præter omnem modum
torquet et excruciat, quòd si tibi parea,
quod mihi debere videor; futurum est,
vt Hector et sese ex me iactitet, et mihi
contumeliam inurat grauissimam, af-
firmetq; me à se in fugam versum ad
naues timidè' recepisse. Sed ipsa mihi
terra potius dehiscat, quàm hoc patiar.
Hæc igitur ciuilis huius adumbrataq;
fortitudinis exempla sunt. quæ superi-
ori illi propterea, quàm quacquam

alia, similior est: quod ex virtute nascitur. Nam ex verecundia honestiq; desiderio nascitur. Non potest enim non verecundus iudicari is, qui in officio est, ne ulla notetur ignominia: et honesti cupidus, qui gloriam honoresq; expetit. possint verò etiam sub hoc primum adumbrata fortitudinis virorum genus referri; qui ad pugnandum à ducibus coguntur. nisi quod multò adhuc sunt inferiores et viliores: quándo quodcunq; huius faciunt, id non pudore aliquo, sed metu faciunt: atq; vt euitent non ipsam turpitudinem et infamiam, sed verbera, mortem, et quodcunq; est poenarum. Qui verò milites cogunt, sunt primùm ipsi summi duces et domini po-

pulorum: qualis apud poëtam Hector est,
qui cives suos eiusmodi verbis compellat.
In naues Graecorum nunc ruite, inquit,
Troiani: neq; vos alieno tempore praedis
quaerendis colligendisq; occupate. Quod
si quis aliter faxit, quem ego alibi a na-
uibus vel trepidantem vel terginersan-
tem vel aliud agentem deprehendero: ipsi
mors ipsa poena esto; neq; loco illo viuus
latum pedem excedet, nec illi fumus cog-
nati cognataq; domi curabunt: sed ante
vrbem aut a canibus discerpetur aut
a vulturibus dilaniabitur. Hactenus
Hector. Sed quod domini faciunt: simili
officio funguntur inferiores magistra-
tus atq; praefecti, et a quibus retrouden-

tes et fugam molientes vapulant. Nec diuersum ab hoc est eorum officium, qui aciem instruunt, homines q3 viles et pessime animatos vel ad fossas vel similia loca collocant, é quibus cùm cedere nequeant, necessariò ipsis pugnandum sit. Diximus in eodem esse hosce omnes, quod perspicuum inde est: quod non tantum imperator, sed et duces minores ceteriq3 copiarum instructores ad vnum omnes vrgent cunctantes milites, et volentes nolentes manum cum hoste conserere, fugamq3 omnem abdicare cogunt. Qui autem sic coguntur & pugnant; quantumuis feliciter et fortiter pugnent: tamen fortes non sunt: neq3 quidquam veræ laudis facis illis suis

merentur. Non enim ob necessitatem co-
actumq; fortem esse oportet: sed qui fortis
est, propter ipsum honestum atq; laudabi-
le est eiusmodi. Haec de primo: sed secun-
dum genus similitudine aliqua fortium,
ex hoc fonte, quem aperiam, scaturit. Vi-
detur usus eiuscunq; rei, virtutem aliqua
constituere: et eiuscunq; rei usum quis
habeat, videtur eiusdem virtute esse pra-
ditus. unde et Socratis opinio pullulauit;
qui virtutes arbitrabatur scientias esse;
nec posse eos, qui plene virtutem intelli-
gerent et scirent alios quam bonos vi-
ros esse. Haec ut ad omnes virtutes, om-
niumq; virtutum studiosos referri com-
modè possunt: ita ea ad hanc, loco ita

postulante, solam nunc accommodabimus.
Videtur igitur peritia et usus rei militaris
fortitudo esse: ipsiq3 militia, eorumq3 quæ
ad bellum pertinent scientes; hoc est, ve-
terani milites videntur viri fortes esse.
Cùm enim multa in bello rinsque multis
partibus administrandis incidant (ut
sunt vicissitudines quædam communes,
quæ sæpenumero in sese redeunt) ea qui
aliquoties exercitibus et prælijs inter-
fuerunt, cognouerunt maximè et præui-
dent; quę tironibus ne in mentem quidè
veniant. Videntur igitur fortes, quòd
ea sciunt (non dico autem quanta sint
in tota arte imperatoria) quæ imperi-
tos planè fugiunt. ex hoc verò usu artis
bellicæ

bellica facere nonnulla possunt et moliri; ve-
rum vbi patiendum quid est, quod ad fortem
virum non minus, et forte etiam magis q3
illud pertinet, ibi vacillant, seq3 quales
sint produnt. Habent praterea hoc, quod
per se contemmendum non est, vt et sibi
egregie a periculis insidijsq3 cauere, et ho-
stem adoriri non insuite possint; vt pote
qui cum armis bellicis vti valeant, tum
quoq3 instructi sint artibus et rebus eius-
modi, quas qui habeat, non quidem ad pa-
tiendum et accipiendum ictus atq3 damna,
sed tamen ad inferendum agendumq3 sit
quam paratissimus. Quare hi ipsi cum ti-
ronibus sic congrediuntur; vt armis mu-
niti et instructi cum nudis et inermibus:
et vt gladiatores egregij cum omnis artis

et exercitij pugnandi expertibus. Nam
etiam in ludis et reliquis huius generis cer-
taminibus, non viri fortes bellicosissimi
sunt: sed quibus est plurimum roboris,
quorumq; corpora et quam agilima sunt,
et quam paratissima. Sed ut ad veteranos
redeam: hi ut primum audent vel au-
dere videntur: sii ubi pericula vires sum-
serint, et ex omnibus partibus intenta
fuerint; ubi se hostibus impares copijs
esse senserint; ubi item, quae ad appa-
ratum belliam requiruntur, sibi deesse
eorum nonnulla viderint: metu vincun-
tur. primi enim omnium se in fugam
vertunt, relicta in acie multitudine ci-
vium: qui cum loco non decedant, misere
ve conficiuntur et pereunt. quod Corona

in Bœotia ad Hermæum accidit. Etsi enim
et illis fugere turpe est, tamen ciuibus mi-
hil potest fieri turpius si fugiant, quoni-
am pro aris et focis pugnant. adde quòd
satius est ipsis, liberis cadere et animum
exspirare: quàm si amissa republica et
libertate sint superstites. atq; illi etiam
veterani initio alio spectantes, quàm quo
cives spectant, præliantur. sic enim in
discrimen statim initio descendunt, vt
validiores potentioresq; hostibus: in qua
opinione, quando se falli vident, pedibus,
vt toties dictum est, sibi consulunt: ip-
sáq; mortem, quæ stantibus posset ho-
nestissima obuenire, magis quàm tur-
pitudinem fuga partam, mutuunt.
Quod ipsorum factum facile declarat,

quantum á vera fortitudine deuiet. fortis namq; vir et nihil minus committat quàm fugiat, et honestissimè mori, quàm cum turpitudinis suspicione viuere, malit.

Ad tertium genus fortitudinis adumbrata veniimus. Sunt qui animum ad iracundiam ruentem et vehementia singulari administrantem singula, fortitudinem esse existiment, vel scientes ad hanc ipsam, neq; id omnino inconsulte, transferant. Hi namq; etiam, qui motu animi conturbati et ira concitati in aduersarios impetum faciunt, (vt in eos bestiæ, á quibus punctæ, vulneratæ aut quoquoque modo lasæ fuerint) viri fortes esse videntur. hoc eó fit, quód fortes plurimum habent spiritum, animi et ira

cundiæ. quoniam ira in hoc valet plurimum, vt non solùm in pericula inclinet, verùm etiam in illa. vel cum imprudentia vel cum consilio (potest enim hoc fieri) rnat atq; præcipitet. quam sententiam et vidit et alicubi suis versibus expressit Homerus. vt hoc loco: Deus ipsius animo et iræ robur iniecit. item: robur et animum excitauit. et alibi: aere nanibus robur efflauit. item: sanguis ebullijt. hi seminersus crebri sunt apud poëtam: qui seorsim ita collocati obscuriores putantur, quàm reuera sunt. Sed siue integra hæc loca siue mutilata audias: deprendimus singulis illis significari animi iraq; excitatio,

nem et vehementes impetus. Hoc verò inter animosos hosce similitudineq3 fortes et verè fortes interest: quòd viros fortes ipsa honestas ipsaq3 facti pulchritudo atque dignitas incendit; nec non tamen ab hac animositate, quam modò animum, modò iram diximus, multum adiuuantur: inflammatiq3 fortia sua facta vrgent vehementius. Qui verò solo illo feruore animi inflammantur: eos diximus bestiarum similes esse. hæ namq3 non iudicio honesto, quæ mouentur: sed doloris sensu conturbata inuadunt lacessentes. Quemadmodum enim, vt à verberibus omnisq3 mali reliquo timore (vsq3 eò sibi metuunt) liberæ sint; neq3 siluis neq3 saltibus, in quibus

se abscondunt, egrediuntur: ita tum demũ, quando iniuria affecta corpore dolent et valde commouentur, in discrimen prorumpunt; neq; verberibus neq; vulneribus neq; casibꝫ prauis, in qua vt incurrant fieri potest facilime. Vt autem in illo timor minime potest contegi: ita hũ fortitudinem nulla esse, est manifestissimum. Non sunt igitur fortes bestiæ. quod cũm ex dictis rationibus constat; tũm aliter se nulla ratione habere potest, nisi velimus et asinos et adulteros, fortes nominare. illos, quod cũm fame stimulati in herbas vel etiam cardnos quos mandant, incidérunt, verberibus casi pasuis nequaquam exigi se patiantur: hos, quod cupiditati sue

indulgentes, et frænos amoribus furiósè
laxantes, cuiuis sese periculo, etiam famæ
et vitæ sese obijcere audent. Sed vt horum
neutri in fortibus sunt: sic neq; bellua,
quas dolor et incendium animi, (vt sic dicã)
in discrimen armat atq; extrudit. Maxi-
mè igitur natura consentanea videtur ea
esse fortitudo; quæ et ex animositate non
quidem sola oritur et exasperatur; verum
etiam et è constanti mentis decreto profi-
scitur, et ipsam veram causam verumq;
finem (communia enim sunt et eadem
respicit. Facit porrò ad huius rei declara-
tionem, quòd qui excandescunt, dolore quo-
dam, eóq; solo anguntur, antequam sese
vlciscantur: tandem verò aliquo iucundo

sensu

sensu adficiuntur, vbi sese de hostibus egregiè vindicauerint. Qui verò cupiditate et spe vindictæ, audent eadem, quæ viri fortes audere solent; pugnaces quidem sunt: sed fortes nequaquam. Ipsos enim inflammat non honestas atq; huius virtutis pulchritudo; neq; in instituto ratio regit, sed quicquid et instituunt et gerunt; id totum ex conturbata ratione, si ea ratio commodè nominari potest, atq; animo quasi interiore seditione commotâ profluit. Jam hoc tertium fortium virorum genus, quantum simulitudinis cum integra illa fortitudine habeat, et quantum tamen abilla distrepet, dominus. Quartum porrò est hominum bonæ spei plenorum: qui qua-

quam neq; ipsi fortes sunt, tamen aliquo
ad illos gradu accedunt. Spe autem sin-
gulari et quasi certa victoria exspectatio-
one facile inflantur; qui et crebro &
multos superarunt: atq; hoc genus in
pericula aggrediendo audet plurimum
et pene omnia. Haec vero res, quod scili-
cet utriq; confidentia talis sunt, facit ut
similes inter se sint, et viri fortes, et hi
spe nonnulla tumentes. plene autem si-
miles aut ijdem nequaquam sunt. Fortes
enim viri ijs de caussis, quas toties dictas
iterare supervacaneum est, confidentes
sunt. alteri vero spe imbuti, opinione con-
fidentiores sunt, quam vel natura vel
animi inductione futuri erant; quod et

se multò superiores hostibus esse, et fieri
minime posse, vt vel vincantur, vel vllo
infortunio viiissim premantur, existi-
mant. Itidem faciunt et ebrij, non qui-
dem qui vino et animum et corpus obrue-
runt, atq; vtrunq; funditus prostranerunt,
sed quos vinum incendit, et nonnihil ani-
mo perturbauit. Est enim hæc vini vis,
vt haustum largius solicitudines in animis
sopiat, spes nutrificas in ijsdem suscitet, et
inermes sæpe prælium inire cogat. Quòd
si verò hi seu natura seu largioribus
poculis bene sperantes, aut inferiores pr-
sus se esse in ipso congressu sentiunt,
aut aliquid damni capiunt: tum vita
suæ pedibus consulunt. Erat autem virj

verè fortis, vt quacunq; homini vel sint
formidabilia vel esse videantur, subeat
et sustineat: vel quia hoc pulchrum, ho-
nestum et laudabile est; vel quia si
negligas aut recuses, deforme, turpe est
et ignominiosum. Quapropter etiam in
viris fortibus ille fortior habetur, qui
in repentinis malis timorem maximè con-
cit antibus; neq; metu conturbatur, neq;
conturbatione animi percellitur: alter
verò, qui in malis tardioribus et præ-
sis firmior est et se virum præstat, etsi
fortis est, tamen minus fortis et est et
habetur. Illic enim obfirmatior constan-
tiorq; habitus est, perpetuò in eodem ani-
mi decreto et facto versans: hic, cum

quid consilijs diu captis et deliberato agi-
tur, videtur esse minor et non paullo im-
becillior. Nam fieri potest, vt pericula
manifesta et oculis obseruantia minus
vitemus, imito apud animum nostrum
consilio, et ratione aduocata; atq; alias
ita non simus adfecti et parati: sed si
quis aleriter inopinatoq; in nos ruentia
aggrediatur et vel ferat vel propulset;
habitus integri, constantiumq; et perpe-
tuarum actionum haud dubium ar-
gumentum est. Reliquissimi sunt
postremi illi similitudine aliqua fortes
viri: qui tamen ab integra fortitudine,
quod ad hosce gradus, longissimo recedit.
Nam illi, qui inscitia in hostes, quos vel

eos ipsos vel tantos esse non præuiderant, ruunt: videntur hoc ipso facto fortes esse; nec à superioribus, qui spe ebrij fortes sunt, multum distant. quoniam et hi sperant. hoc tamen differunt, quòd hi deteriores illis sunt et vibiores. Minus enim habent dignitatis. Illi enim non è vestigio fugiunt: sed aliquandiu in acie stant. hi verò qui ita spem hostium falluntur, vbi primùm alios esse plures ue vel cognouerint vel suspicati sint, fugam captant. quod Argiuis aliquando accidit, qui impetum faciebant in Lacedæmonios, quos Sicyonios esse crediderant. Quomodo verò hi à fortibus distent, non attinet dicere: vix enim minima sui parte illis sunt compa-

randi. Atque iam et qui viri fortes sint, et qui videantur esse fortes, docuimus. et quidem ipsa de fortitudine, de eius extremis, et quinq; illis fortitudini admodum vicinis generibus satis à nobis dictū est. vnum tantum reliquum est, quod præterire non possumus. Nam cùm qui res aduersas tolerant fortes esse videantur: hoc ipsum quale sit, quomodoque et intelligendum et faciendum sit, videamus. Cùm versetur fortitudo circa formidinem et confidentiam: circa ambo quidem versatur; sed ratione haud parum dissimili. Minus enim circa ea, in quibus audemus: plurimum verò circa terribilia versatur. id quod res ipsa indicat. Nam qui in

terribilibus non concitatur perturbaturq; animo; sed in ijs se eum præstat, qui esse debet is, qui rectam rationem tanquam fidissimam ducem perpetuo sequitur: magis certe meritoq; suo maiore videtur esse fortis, quàm qui in rebus in quibus audere mortales diximus, nulla perturbatione consternatur, sed his se moderatur rectissime. horum enim utrunq; etsi non cuiuis est nec facile: tamen illud et viri perfectioris et longe est hoc difficilius. Quando verò hæc ita se habent; apparet in fortitudine hærere aliquid, quod non solum voluptatis expers sit; sed etiam magno opere coniunctum cum molestia, et doloribus. Jure igitur et ipsa fortitudo et viri fortes

multis

multis magnisq; ornantur praconijs. Cùm enim et qui à rebus iucundis sibi temperet laudetur, neq; id immeritò, multò plus deberi consentaneum est illi, qui non tantù ab hisce sese coërcat, verùm etiam deliberato ea, quæ doloribus minimè vacatura confidit, subit atq; sustinet. tantò autem plus, quantò hoc ipsum illo magis arduum est; quantoq; cadit in longè paucissimos. Quanquam verò hæc sese ita habent: tamen non omnis iucunditas atq; voluptas à fortitudine exclusa, sed ipse finis iucundissimus omni voluptate exuberat. hæc verò à denso frequentiq; agmine circumstantibus malis obducitur, vehementerq; obscuratur. quale et in gymnicis certaminibus accidit. Ibi enim vix quidquã

iucundi, iniucunda fere omnia experiuntur luctatores. Finis autem iucundus est; ipsa scilicet victoria, eiusq; insigne corona, ipsiq; honores reliqui, qui victoriæ comitantur. In verberibus autem, quibus vtrinq; cæduntur, quando musculi nerui q; ipsorum læduntur, plurimum est dolorum, plurimum molestiæ. Nullus deniq; labor est, quin et corpus doloribus, et animum molestijs adficiat, et nonnunquam etiam conficiat. Cum igitur & multa eiusmodi sint, quæ corpori languorem, animo varias curas inducant; et exignum videatur esse illud vltimum, ob quod in nos ipsos duriores sumus: inde fit, omnis quemadmodum ab hac luctæ, sic á fortitudine voluptas exclusa

esse videatur. et si sit se res ipsa habet, vt que
dura acerbaq3 sint, numero sint plura: quod
vnicum suaue, granitate facile præponde-
ret. Sed quando talis est conditio fortitudi-
nis, qualem superioribus verbis ostendimus:
sequitur vt ipsa mors, qua ipsa ante oculos
inter praliandum versatur, et vulnera, qui-
bus nihil potest sibi polliceri certius, dolo-
res pariant viro forti: et vt inuitus vel
diem obeat vel vulneretur. quin quo quis
omnibus virtutibus perfectior vitaq3 bea-
ta cumulatior erit: (neutrius enim, vt re-
liquarum rerum omnium potest suboriri
satietas) tanto egrius ex vita discedet, ta-
toq3 plus molestia ex morte capiet. Fle
enim vir et bonus et beatus non solum

dignissimus est vita longæua: verùm etiam
summis bonis, quæ in mortalibus æterna, in
humanis diuina paneſ sola sunt, exuetur;
atq3 adeo scimus, quanta iam illa abijciat.
quod certè non potest cum parua molestia,
leuiq3 animi angore fieri. Nihilominus
tamen est vir fortis: forte etiam eò for-
tior, quod summa illa bona, vsu scilicet
virtutis et vitæ beatæ vel in discrimen
conijcere vel planè abijcere in animum
inducit, vt et bono illo, pulcroq3 et lauda-
bili, quod est in bello, potiatur. Fit igitur,
vt non omnium virtutum functiones,
quibus occupamur, suaues sint: nisi quo-
ad hæc ipsa functiones finem attingunt. in
eo enim non potest non esse summa iucun-

ditas; etiamsi cetera vel nonnulla vel omnia acuidant amarissima. Appendicis autem loco, quid de egregijs militibus sentiendum sit, et sitne necesse, vt hi omnes fortes sint, addemus. Obuia res est, et expedita. Nihil caussæ est, quamobrem egregios milites, etiam fortitudine vera omnes instructos atq; ornatos esse oporteat: quamquam eos non omni parte huius virtutis excludimus. Habent enim plerisq; aliquid fortis animi; sed præter hanc exiguam particulam, nihil boni, nihilq; fermè aliud virtutis. Discriminibus namq; se parati obijciunt, quod aliquam præ se fert fortitudinem: quòd autem stipendijs militant, vitamq; parvo ære ven-

dunt, reliquas abiecti ipsorum animi sordes et vilitatem euidenter declarat. Etsi vero multo plura de fortitudine diu disputariq; possent: tamen his contenti nunc erimus. ex ijs vero quidnam ipsa sit, si non perfecte subtiliterq; cognosci; saltem delineari atq; vtcunq; intelligi posse arbitramur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0147

Παράφρασις πρώτου

ἠθικῶν ἀριστοτε-

λῶν.

Ep. 41. ed. Vaget.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0149

# PROOEMIVM IN CIVILIS DOCTRINÆ, PROVT ab Aristotele tradita est, paraphrasin.

## AD ILLVSTRISSI-

mum, heroicaque spei principem, Jo-

ACHIMVM FRIDERICVM,

Marchionem Brande-

burgensem, etc.

An verò divina indole, et adolescente principe quidquam dignius sit? quàm vt bonum à malo, æquum ab iniquo, iustum ab iniusto vtile ab inutili, non vulgariter nec opinando, sed singulariter perfectéq; et omnia in-

telligendo, discat discernere? Hac disciplina regia instructus adolescens, non solùm summis virtutibus illustris et æternis laudibus clarus vir euadet: sed velut numen inter mortales erit, qui post Deum maximis beneficijs, non vnum atq; alterum hominem, sed totas gentes afficiat. quoniam non tantùm possit ob potentiam, quod pauci possunt et in paucis volunt pauciſsimi; sed et velit; in qua voluntate ad diuinam proximè accedente, profectò vel vniuersum vel plurimum positum est. neq; verò cum possit, tantùm velit: sed et consiliorum diues thesauris, sciat benè mereri de mortalibus; et nos beata vita, quoad hæc in nostrum genus in hoc terrarum orbe cadit, diuinitus cumu-

let. Litteris verò hisce qui à pueris non imbuti sunt principes, vt sint potentissimi et vt optimè populis velint: tamen regia prudentia aut destituti aut non perfecti; vel nihil præstare, vel certè non multum queunt. Sli ipsi vt in illaudatis non sunt; sic alij extremæ turpitudinis flagitijque omnium summi notam non effugiunt; qui potentes cùm sint, et sapientiam, quæ consilia patefacit, despiciunt, et vel nolunt mortalibus adiumento et solatio esse, vel eos egestate, fame, igni, ferro, quibuscunq; alijs modis violant. Verùm tu, diuine adolescens, cum toto animo ab clementia et bonitati contrarijs abhorreas; cùm toto animo, et hoc ipso maiore, q̃ ætas tua videatur ferre posse, ad commoda tuorum, beatamq; vitam tuis donan-

dam ferarís; cupiásq; teipsum summis virtutibus et consilijs instruere, quibus non tuos populos tantùm, sed et, si contingat, siquæ Deus annuat, totius mundi orbem sustineas: non tantùm amorem omnium, quem certè apud bonos consecutus iam es, sed et studia, si qua hoc plus quàm regium instítutum admirari, celebrare, confirmare, adiuuare et perficere possint, mereris ité omnium. Ego verò etiam, Ioachime Friderice, cùm cupiditate vehementi, quam tua prudentiam singularem, itemq; Huberi doctrinam eximiam redolens oratio in me accendisset, te simul adiuuandi (in quo vtinam nihil peccem, vt me nihil peccare arbitror) flagrarem; nec tamen

is essem, qui, etsi nullam vitæ meæ horam a'
litteris vacuam prætermisissem, monitis te præ-
ceptisq; augere aut possem aut auderem: im-
petraui ab Aristotele, qui Philippi Macedo-
num regis filium Alexandrum docuit, Ma-
gnumq; et totius mundi caput fecit; vt te ijs-
dem per me præceptis erudire velle cœperit;
nec dubitarit ingenium tuum maximæ sapi-
entiæ capiendæ par esse, humanæque sortis
modum excessurum, si ipsi operas meas sa-
tis egregie præstaturus essem. Verùm de
me nihil pollicieri possum, quàm intenturũ
me omnes ingenij neruos, si Aristoteli te
ad summum imperij fastigium edocturo,
tibiq; ad facta diuina iter maturanti, quo-
dam modo possim satisfacere. Itaque XX.

illos libros, quos de vita, moribus et consilijs hominum, deque moderanda republica philosophus scripsit, interpretari, et interpretando explicare, vt legi á te intelligiq; possint, coepi, viresq; meas experiri volui vniuersas: etsi aureum illius orationis flumen, oratio, ne mea minimè me exhaurire posse, non sum nescius. Cæpi tamen; et tum me quiddam egregium vltra ingenij mei aciem præstitisse arbitrabor: si et tibi hoc officium meum, quod spero, vel potius scio, probábo; et tu doctrinis Aristotelicis illustrior omnibus rebus optimis de die in diem, deque vno anno in alterum enades; de quo quidem mihi dubitare in mentem non venit. Ceterùm priores X. libri hodie Ethica:

reliqui

reliqui decem, quorum postremi duo iniuria barbarorum temporum perierunt, Politica nominantur. et quidem illi priore loco discendi sunt, qui ex puero ingenij acie non destituto virum bonum atque prudentem in vita sua atq; moribus suis faciunt, qui hominem omni virtutis splendore et laude absolutum praestant. Hoc verò caput est omnium, vt quisq; se ipse recte in animo, in vita moribusq;, in sermone gubernet: et satius est segnentia maiorēmq; sapientiam ignorare penitus, truncoq; similem esse: quàm scire, et rerum bonarum, malarumq; discrimina in sui, in propinquorum, in patriæ, in gentis humanæ perniciem et cladem conuer-

tere. Homo namq; vt omnium animantium, si omni cura ab omni parte consummetur atq; plenissimè perficiatur, præstantissimum est: sic idem, si à lege, iusto et æquo, et ciuili virtute absit et abhorreat; omnium est deterrimum et pestilentissimum. Armis enim instructa iniusticia acerrima et extrema est. Homo autem, vt intelligentia, prudentia, consilioq; et facultate res maximas difficilimasq; aggrediendi perficiendiq; instrui possit (quarū vtraq; in rebus contrarijs vti licet maximè) in hanc lucem editur. Quare virtute illa, rectaq; ratione virtutis rectrice destitutum hoc animal, vt dictum est, quàm longissimè ab omni sanctitate re-

cedit, et immanissimarum belluarum ferita-
tem infinito interuallo exsuperat. Ad illa
igitur, quae de tyrannis superius attigimus,
nostra haec redit oratio. Hi enim cùm omnia
ad quiduis sine periculo et metu agendum
habeant, pro animi sui crudelitate admini-
strant omnia. atq; haec tyrannis tantò gra-
uior est, tantóq; plus impietatis in se com-
plexa est, quantò potentibus plus spiritus
plusq; vinae indolis ingeneratur; et quantò
cùm spiritus ille magis magisq; ad scelera-
ta facinora et à se ipso et ab adulatoribus
aliisq; nefariis nebulonibus inflatur, tùm
illa indoles citius non tantùm omnes dolos
capit; sed et nouos exquisitosq; facilimè
reperit; quantò item plures vel opum

† paullò

vel honorum cupidinibus inflammati, ma-
lisq3 artibus conferti ad tales dominos gre-
gatim adulant, ignemq3 crudelitatis fo-
mentis fraudum et ventis adulationum
aluut atq3 incendunt. Nihil profecto
tali hominum peste dici possit aut scele-
ratius aut inferius: vt vicissim patre
patriæ nihil neq3 diuinius neq3 sublimius.
Verùm huc ego his verbis spectaui, vt
tibi constaret, oportere principem ado-
lescentem, hac quæ nunc aggredimur,
vberrimè doceri: vt si esset ferociore ani-
mo natus, aliquantulum eum sua tùm
hominum caussa emendaretur, et man-
suesceret; si mediocri, ad virtutem de-
duceretur beneficentiamq3 mediocrem;

si excellenti animo atq; indole, (tibi autem vtrunq; abunde est) vt animus ille magis magisq; se ipse superare emineretur, et ad bona præstandum eximia perpetuo studio ferretur, atq; illa indoles diuina diuinis hisce doctrinis vel confirmata vel exculta perpetuam segetem haberet illius animi eximij mortalibus probandi, summúque nomen immortalitati consecrandi. His porrò dictis atq; intellectis, quando animaduerto, flagitare te, quid hi X. de vita moribusq; hominum libri singuli tibi polliceantur, ostendere idipsum conabor. quanquam id non potero rectè præstare. Vt enim, si tibi thesauros Venetæ reipublicæ, (quæ nunc totius orbis

terrarum opulentissima est Amstelodamum; scias quidem ibi multa auri talenta magnamq; gemmarum vim esse; nec tamen singulos aureos, singulasq; gemmas oculis intuitus sis, æstimaueris ne aut possideas: quod quis non velit maximè? Sic sine Homericæ rapsodiæ, sine Aristotelici libri (sunt autem hi duo scriptores ingenij thesaurus illo multò preciosior) argumentum audies; non repentè, neque doctrinas vberrimas, quæ in singulis pæne voculis vberrima sunt, exhauseris aut animo videris. Tamen summa capita perstringam, vt desiderio tuo à me mos gestus esse saltem videatur. Cùm igitur de vita, de moribus, de consilijs hominum,

dęq; regnorum administratione diiturus
Aristoteles, atq; non ciuem tantum liberum,
ut hominem, sed et politicum regemque in-
formaturus esset: putauit sibi metam, ad
quam quasi in stadio currens cursuq; cum
omnibus antiquioribus scriptoribus conten-
tans, proponendam; atq; omnium primum
de finibus, adeoq; de fine summo quaerendū
esse. Fine enim ignorato, non potest non fi-
eri, quin ignorentur reliqua omnia: atq;
ea, quae ad finem ducentia inuestigantur,
aeternis latrant sepulta tenebris oportet.
Itaq; libro primo finem indagat; spectan-
dumq; singulis in omnibus rebus hunc do-
cet, vt et singuli homines et respublica
beata vita potiantur fruanturq;. Cum

verò multa sint de bene beatéq; vivendi ratione disceptationes atq; dubitationes: eas non quidem omnes, sed præcipuas, quæque præterviri rectè non poterant, excutit: falsas refutat et rejicit: ipsamq; vitam beatam constituit cùm in reliquis vitæ mortalium adminiculis, tùm maximè in officio, atq; virtutis actionibus: virtutis, inquam, illius, quæ non speciem tantùm egregiam, aut umbram aliquam refert; sed quæ ex puro corde flagranteq; amore honesti et humana gentis commodis emanans, tanta postea emergit, vt ipsa sibi in singulis sola satisfaciat, neq; aut opes, aut vitam, aut honores, vel sibi præponi, vel secum comparari patiatur.

Proinde

Proinde reperto iam scopo, quod præcipuum
ad vitam beatam facere ostenderat, idip-
sum libro secundo tractandum suscipit: et
differentiam non solùm virtutum consti-
tuit: sed et cùm quid sint virtutes, ip-
sáq, vt sic loquamur, meditates, tum
quomodo acquiri possint, ostendit. Libro
deinceps tertio actionum humanarū dis-
crimina persequitur, quam rem aliquá-
tò etiam plenius in rhetoricis suis, vt in-
fra monebimus tractauit. Erat autem
hoc non omittendum, quod in factis virtus
consisteret. Eodem verò etiam libro de for-
titudine, ipsiq, aduersantibus et de viris
fortibus: de temperantia et intemperan-
tia, deq, cupiditatibus hominum disserit.

Quarto porrò libro de liberalibus et sordidis;
de magnificis et hisce aduersantibus: de
excelsi atq; etiam de deiecti prostratiq; ani-
mi viris: de rectè constituendis honorum
gloriaq; desiderijs: de moderanda ira, fra-
nisq; iracundiæ injiciendis: de ratione con-
uersandi cum mortalibus non aliena ab hu-
manitate: de veracibus, mendacibus, simu-
latoribus, dissimulatoribus et id genus ho-
minibus: de modo in colloquijs seruando,
eoq; humanitati congruo: deniq; de pu-
dore, pudentibus, impudentibusque docet.
Quintus verò de virtutum omnium regi-
na justicia totus aureus, ceterorumque
veluti medulla quadam est. Vt autem
reliquorum argumenta comprehendi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0166

vix possunt; ita hic sibi argumentum ipse
est. itaq; de ipso nihil, præterquam quod
dixi, dicere audeo. In sexto de quibusdam
quæ à nullis in vita versantibus ignora-
ri oportet, disputatur: de recta ratione,
de arte, de prudentia, de sapientia, de
consilio, de intelligentia, de nonnullis itē
alijs. Septimo deinde, redintegrato qua-
si principio, de virtute heroica agitur,
de continentia atq; incontinentia; sub ex-
tremum quoq; de voluptate et dolore, quo-
niam horum consideratio ad politicum
non parum pertinet. Cum de virtutibus
esset dictum, neq; quidquam de amicitia:
nunc ipsam, quæ vel virtus vel virtuti
res prater modum propinqua esset, qua-

que carere mortales nequeant, prrquirit, tra-
ditq3 omnia. quid ipsa sit: quæ amicitiarũ
sunt differentiæ: qui per se amici sint, quiq3
alia quàm vera perfectaq3 de causa: quàm
non possit constare amicitia, quæ cum mul-
tis contrahitur: et quidem in sto sim futu-
rus prolixior, si omnes octaui libri propo-
sitiones, necessarias quidem illas et egre-
gias, sed complures, hîc collocem. Quæ
autem hoc libro de amicis instituerat: ea
IX. pertexit. Vltimo profundius de volu-
ptate, quàm antè fecerat, docet: reditq3
postea ad horum librorum principium,
et non minus grauiter quàm verè dis-
putat de dignitate vitæ theoreticæ, quæ
in perpetuis cogitationibus, in inquisiti-

one veri, in voluptate animi ex sapientia
deriuata tota consumitur: quanquam
hæc ipsa ad cætuum humanorum cultum,
propter excellentiam suam, minus accom-
modata est. Hinc se conuertit ad alti-
orem, et latius sese, hoc est, non ad pri-
uatum tantum, sed ad regna totasq3
respublicas extendentem doctrinam.
Sed de Politicorum librorum summa,
deq3 singulorum argumentis illo loco, si
et Deus optimus max. annuet, et tu,
adolescens clementissime, iubebis, dicen-
dum erit. Nunc periculum faciamus,
quantum in maximis doctrinis expri-
mendis valeat ingenium et industria
nostra: et Aristotelem, Latina lingua

prolixius aliquanto, quam Græce loqui con-
suevit, animos nostros ad virtutem vitam,
que ad hanc ipsam factis præ-
standam, diuinitus infor-
mantem audi:
amus.

# LIBRI I.
# ETHICORVM
## ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Cum missis in præsentia abstrusioribus Scientijs aliisq; præclaris facultatibus, nonnulla, quæ ad vitam hominum coetusque nostros rectè celebrandos facere videren-tur, litteris consignare decreuerimus: et diu multumq; vnde quàm commodissimè exordium primamq; doctrinam duceremus, cogitauerimus: visi tandem fuimus rectissimè facturi, si ab eo, quod omnium postremum est, finisq; appellatur,

inciperemus. quod indagato siue cog, reper-
to, media quibus in illum quam breuissime
rectissimeq, peruenirtur, facilius ad eun-
dem modum indagatum et repertum iri
confideremus. Finé autem bonum aliquod
intellectum volumus. Sic autem se habent
omnia quæ in vita sunt, vt natura sua
ad aliquod bonum ferantur; idq, quasi
expeteri et magnopere desiderare videan-
tur. Nam neq, vlla ars est, quæ in fabri-
canda aliqua re vertitur; neq, vlla vel
doctrina existit, vel ad artem facultatem-
que compendio tradita introductio: et si-
mili ratione neq, vllum humanum fa-
ctum; neq, vlla voluntas egregia decre-
tumue animi: quin ad bonum aliquod

pro-

propendêre videatur. Non enim frustra aliquid molitur artifex: neq; doctor doctrinam sine caussa tradit: neq; quis negocium aliquod aggreditur, quin id aliquam ob caussam faciat; neq; cogitationem vllam suscipiendam nobis putamus, nisi de aliqua re, et ob rem aliquam. Spectat igitur vnusquisq; aut aliquod bonum in rebus omnibus: et videtur nulla rerum esse, vt dixi, quin id ipsum velle videatur. Quæ cùm ita sint; quemadmodum non tam ea, quæ commemoraui, quàm omnes totius humanæ vitæ actiones declarant; sequitur, vt non tantùm singula summum bonum: sed omnia coniuncta vnum aliquod bonum expetant. Sequitur vt alterum, vt qui non particularia quæ;

dam, sed vniuersa in nostra vita summa curet; hoc bonum spectet, habratq3 semper in animo. Hoc verò illud erit verũ atq3 summum, de quo in doctrina ciuili indagamus: et esse etiam illud, alij quoq; ante nos neq3 perperàm sensisse neq3 malè dixisse videntur. Ceterùm, siue altissimum maximumq3 bonum, siue finem extremum nominabimus, in eandem sententiam redibit oratio: neq3 quamobrem inter ipsum bonum finemq3 subtiliter distinguamus, habemus. Altius verò etiam quædam de finibus deque ipsorum differentijs adferenda sunt: quæ ad ea, quæ partim attigimus, partim dicturi explicaturiq3 sumus, non

parum faciunt. nam si nullus horum alius
vsus futurus est; tamen ex hisce maximè
patebit excellentia nostri finis, quem hîc
inquirendum suscipimus. Scindum igi-
tur est, non tantùm cuilibet rei bonum
finemue suum esse destinatum: sed et (sic
enim videtur) finium esse quasdam dis-
crimina. Alij namq; fines sunt ipsa fun-
ctiones: vt in scientijs vsu venit, quòd hæ
nihil aliud præter ipsarum cognitionem
respiciunt; et ad hunc modum quæuis
actiu virtutis finis sibi est; vt qui hu-
manus est, ob ipsam humanitatem est
huiusmodi. nec refert, etiamsi præter
honesta facta, effectus aliquis exoriatur.
quanquam et hîc aliquando finis appella-

bitur. Aliud verò diuersumq; genus finium est, in quibus fines non in fungendo consistunt, sed in opere quod paritur: vt sculptor pictorq; in sculpendo pingendoq; finem suum non habent, sed hic et in statua, quæ exsculpitur, et in pictura, cuius gratia lineæ ductæ sunt, coloresq; tabulæ illiti, hærent. Sed quarum rerum fines quidam sunt discreti ab ipsis functionibus; in his ipsis, functiones ignobiliores sunt et inferiores: opera verò nobiliora et superiora functionibus. Hoc enim nisi esset, ille fungendi agendiue labor vel frustra vel etiam magna cũ iactura susciperetur. quod nemo sanamentis committet. Hoc se ita habere etsi

huc

plamissimè constat: tamen superioribus
exemplis magis declarabitur: quorum
vnum ea de causa iterum accommoda-
bimus. Ipsum pingendi munus, quod
in lineis ducendis illinendisq; coloribus
consistit, habet praeter functionem ali-
um finem, ipsam videlicet picturam:
neq; tanti est, quanti pictura. etsi
ipsa pictoria nihilominus imagine mul-
tò est praestantior. Porrò verò cùm in
mortalium vita multa facta eueniant,
multae artes sint, multaq; item scientiae:
fit vt multi sint etiam fines. quando
quodlibet factum, qualibet ars, qualibet
etiam scientia proprium suum finem ha-
bet. Huius regula itidem quadam ex-

empla adferre, non erit alienum. Artis medicæ finis est, ipsa hominis firma valetudo. hoc enim consilio suo operq; medicus agit, vt vel ipsam conseruet, vel prostratam instauret. Ars illa fabrilis, quæ classes nauesq; adificat, finem habet; nauigium. hoc enim faber ille nauticus agit, vt nauim quasiq; domum, qua in mari fluminibusue vtatur, exstruat. Finis imperatoriæ artis est victoria. Imperator namq; eò omnia consilia, viresq; suas vniuersas conuertit; vt hosti noceat, vt ipsum frangat atq; penitus perdat: ipse vero victoriæ laude quietq; cum suis potiatur. Oeconomice porrò, quæ rei familiari consulit, finem habet opes. Etenim

huc paterfamilias aut qui domui alendæ
præest, omnia refert, vt res ad victum,
ad vestiendum, et ad reliqua, si qua sunt
alia, necessaria, suis sufficiat. Quæ autem
diuersæ vel actiones vel artes vel scientiæ,
(iam enim his vocibus liberius, et vel cũ
paruo vel cum nullo discrimine, quò ci-
tius intelligamur, vtimur) similes inter
se sunt; nec vel vno vel pluribus inuicẽ
gradibus aut inferiores aut superiores:
hæ sub vnam quandam virtutem fa-
cultatemue, veluti sub genus quoddam
superius omnibusq; æque conueniens inclu-
duntur. Quemadmodum sub equestrem
artem, non solùm ars, qua freni fabricã-
tur; sed et reliquæ omnes, quæ ad paran-

da fabricandaq3 instrumenta equestria conferunt, referuntur: vt vna calcariũ, altera calcium ferratorum, alia phaleraꝝ rum, alia eplrippiorum, atq3 huius generis sunt omnes cetera. Ipsa verò deinceps equestris ars, omnes artes sibi propinquas simul et sese inferiores in se complexa; et huic equestri pares, bellica scilicet artes vel scientia: sub artem imperatoriã collocantur. Qui verò modus in his ostensus est; idem in reliquis existit: vt aliquæ sint superiores, aliqua inferiores: aliquæ sint omnium infimæ primaq3; aliquæ intermediæ, modò videlicet inferiores, atq3 iterum superiores; aliquæ vel vna omnium summa. Ceterùm, vt omnium

summæ

Summa sunt principes reliquarum, et dignitate reliquis magno internallo antestant, et propterea maximè ab hominibus affectantur; sui et harum principum artium fines finibus inferioribus potiores reipsa sunt, et nobis propterea optabiliores. Qua res caussam habet, non tantùm quòd amplior est ~~harum~~ horum principum finium, quàm finium humiliorum vsus in vita: sed et interiore quandam, quæ in illam ipsam tamen etiam incidit, quòd fines inferiores non sua caussa, sed finium principum gratia expetimus. Necesse autem est præstantius et optabilius esse, quod propter se et propter quod alia sectamur: inferiora verò, quæ non propter se sectamur, sed

propter aliud. Neque verò etiam hoc ignorandum est: in consideratione finium nihil referre; sive illi ipsi fines sint factorum functiones; sive aliud quidpiam præter ipsas. Vt in dictis scientijs (promiscuè enim, vt antè quoq; ostendimus, his vocabulis vtimur, et hoc nunc ipsum communius aliquantò, quàm alioquin solemus) vel opus vel effectum, finem nominanimus: artis videlicet medicæ, salutem corporis; imperatoriæ victoriam; domesticæ, opes, quarum quotidianus vsus indiget. Porrò hisce doctrinis de finibus non leuiter neq; inutiliter generatim præliabatis: propius ad id, quod in animo habemus accedendum est. Primùm autem affirmare non

dubitamus: esse finem aliquem, vt in rebus omnibus, sic et in his qua in vitam humanam incidunt vel factorum humanorum; ipsumq3 eiusmodi, quem propter se expetamus atq3 amplectamur: deinde, alios fines propter hunc expeti: denq3 non omnes propter alium, semper vlteriorem superioremq3 finem a nobis expeti, sed in vno, qui editissimo loco sit, tandem consisti oportere. Quarum trium cohærentium atq3 in idem redeuntium propositionum confirmatio eadem est: quod si secus horum vnum fieret, et vel per se finis nullus reperiretur, vel reliqui non propter vnum eximium, vel omnes propter alium semper instituerentur: nos in infinitum ferri, neq3 in vllis terminis

nis consistere, necesse foret; et si tandem esset futurum, vt in tota vita humana, experiremur ea, quæ inania et nulla essent, quorumq; nulla exitum vllum secundum haberent. quod fieri non potest, nisi quæ vnquam inter homines acciderint, negare, omnemq; mortalium consuetudinem, quam quisq; conseruare debebat, euertere in animum induxerimus. Cùm igitur (quemadmodum id se necessariò habere ostendimus) factorum humanorum finis aliqs. per se nascens nominatusq;, sit; cúmque reliquos propter hunc; neq; omnes propter subsequentem alium expetantur: non stat etiam, quod nunc dicturus sum; finem illum summum, esse ipsum bonum,

quod hũ quarimus, atq; adeo tantopere optimum, vt eó melius nihil simus reperturi. Ceterum huius tanti boni vel potius optimi substantiam atq; vim nosse; plurimum momenti ad rectè viuendum attulerit. Si enim, tanquam ij, qui arcu certant, scopum, quó collimant, ob oculos habent: sic et nos nostrum scopũ nobis proponamus: sperandum profectó sit, nos ad verum vitæ colendæ modum propius itidem collineaturos; atq; quæ á nobis fieri oportet, facturos vel rectissimé, quod primum et pene diuinum est, vel recto proximé, quod tolerari optarique potest, vel vt non minimùm alucinemur, quod in malis maximé ferendum

putatur. Quod si ita est, vt videtur esse:
vel potius: cum hoc ita sit; non profecto
luisse omnem operam, sed facturi opera,
precium videbimur: si enitemur, vt huius
summi finis summiq; boni formam adum-
bremus, aut crassa vtrunq; pinguique
Minerua comprehendamus; docamusque,
quodnam illud eximium cunctaque alia
exsuperans bonum sit; et ad quam siue
scientiam siue facultatem (vtroq; enim
nomine vti libet, quod neq; scientia solius,
neq; solius facultatis esse videatur; quā-
do nouisse hæc non sufficit; et præstare,
quæ nescias, difficulter possis) pertinere
censeamus. Videtur autem esse siue scien-

tiæ sive facultatis maximè principis, et cū primis architectonica. Perquirenti verò de hac, quæ summum principatum teneat atq; circa maximè eximia extruenda versetur: nulla sese nobis offert prater Politicen, quæ est vel scientia vel facultas civilis. Hæc ipsa enim et quas scientias artesve (neq; enim omnibus qui sui appellantur opus est) esse in vrbibus: et quas á quibus (neq; enim omnes conuenium omnibus) perdisci: et quousq; (neq; enim omnibus qui discunt integrè notas esse ex vsu est) cognosci oporteat, sola videt, decernit atq; demandat. Prater verò hoc Politicæ imperium, de quo inter omnes constat, etiam videmq;

sub ipsa facultates aut artes quasq; praestantissimas, quaeq; in summo precio sunt, collocari. Sub hac enim sunt, vt sub superiore inferiores, ha alioquin summae artes: ars imperatoria; ars quaerendae iuuandaq; rei familiaris; ars dicendi. Adde quod nulla est vspiam scientiarum, quae in vita communi vsum habent, quin ea, vt inferiore et instrumento, vtatur Politica. Demiq; haec vnica leges fert atq; edicta proponit: et docet ciues cogitq; ; tum quae facere ipsos tum a quibus abstinere oporteat. Cum igitur tanta sit, cumq; haec ipsius sint propria: videtur reliquarum facultatum, artium, scientiarum fines vniuersos ipsius finis in se complexus esse. Quare et

hic

hui finis non immeritò dicatur, bonum illud, quod humanum genus capere possit, et natura sua vnicè desideret.

Sed neq;

---

Egregiè explicat et hac et superiora quædá et nonnulla sequentia praclarus Ciceronis locus, qui fuit in ipsius libro de Rep. quinto. atq; hic etiam auctori ita absolutus visus fuit, vt eo ipse ad Atticum scribens libro IIX. vteretur. dicta fuerunt autem hac verba á Scipione.

Vt enim gubernatori cursus secundus,
medico salus,
imperatori victoria:
Sic huic moderatori Reipublicæ, beata ci-

uium vita proposita es t; vt
opibus firma,
copijs locuples,
gloria ampla,
virtute honesta sit.
huius enim operis, maximi inter homines
atq; optimi, illum esse effectorem volo.

---

Sed neq; quisquam miretur, quód, cùm
hominem ciuemq; informare instituerim,
moderatorem reip. regemq; informare vi-
dear. quod non vnius hominis, sed cœtus
humani finem considerem atq; propo-
nam. Facio equidem hoc, vel potius v-
trunq;. Eôdem enim res redit, et qui-
dem praclarius, quàm altero illo mo-

do. Finis enim cum vni atq; omnibus idem
sit; maioris cuiusdam perfectiorisq; stu-
dij est, finem illum qui ciuitati aut vni-
uersis gentibus congruit, deligere atq; tueri.
quanquam non inficias eo, finem eum,
qui etiam in vnum solummodo incidit, prę-
ter modum iucundum atq; charum accide-
re, pulchrior tamen nimirum ille est atq;
diuinior, hoc est, diuinis in homines bene-
ficijs exuberans, quo totæ gentes et vniuer-
sa respublica comprehenduntur atq; sublc-
uantur. Instituta igitur de vita humā-
na doctrina, et hæc politica methodus,
sua natura hæc, de quibus diximus, vel
hoc humanum bonum expetit. Nunc

postquam in genere nonnulla de fine summo et summo bono perstrinximus; et quo methodus incoata tota dirigenda sit, ostendimus: sequitur vt qualem eam methodū esse quomodoq; tradi oporteat inuestigemus. Fuerit autem sufficienter satisq; plenè tradita, si subiecta materiæ respōdeat: neq; est necesse, vt in omnibus exquisitam subtilitatem persequamur. Neq; enim in omnibus doctrinis, eiusmodi docendi subtilitas et certus firmarum demonstrationum ordo inquiri debet: quemadmodum neq; in fabrilibus id quod præcisum nimis est obseruatur, vt quæ dolantur aut secantur, ea vtcunque dolari atq; secari sufficiat. atq; sic

in reliquis similibus. materia enim subie-
cta, hoc est, ligna et lapides id aliter fieri
non patiuntur. Et neq; in hac methodo
materia aliam docendi rationem ad-
mittit; quod honesta et iusta, circa quæ
versatur et qua contemplatur politice,
eiusmodi disceptationem inter homines
diuersimodè iudicantes atq; eiusmodi
errorem facilè admittant, vt videantur
esse talia, lege et instituto, non autem
prima origine et sua natura. id eò fit,
cùm quia diuersa indole nascimur, ali-
usq; ad virtutem vicium̃ue alio proch-
uior est: tùm quia non eadem educan-
di omnibus ratio contingit. idem error
facilè quoq; in ea quæ bona sunt, inq;
bonorum nomen irrepit, quod ex bonis

Sæpe incommoda molestiaq; multis prodie-
rint. Sunt enim qui ex opibus pessum ie-
rint, quòd ijs recte uti ignorauerint: et alij,
magno animo tumentes aut robore corpo-
ris praditi se et sua perdiderunt. Satis-
factum igitur officio docendi videbitur,
si de his atq; ex his rebus sibi nuninè in
omnium animis aquè rectè firmiterque
constantibus, disputationem aggredien-
tes, crasso filo et pingui Minerua ve-
rum demonstremus, et de ijs quæ vt plu-
rimum eueniunt, et ex eiusmodi orati-
onem eruentes, similia, hoc est, quæ vul-
gò fiunt concludamus. Quo autem modo
hoc docendi munere fungi nos oportet:
eodem doctrinas singulas ab alijs acci-

pi æquum est. Est enim politi hominis, atque eruditi; vt in omni doctrinæ genere eousque subtilitati plenisq; rationibus indagandis insistat: quoad rei natura admittit, quod mathematica rhetoricæq; methodi discrimen euidenter confirmat. Id est enim, vel simile esse videtur, si quis mathematico, oratorio modo probabilibus argumentis de sua scientia disceptanti applaudat; et ab eloquentiæ dedito validas demonstrationes, quales adhibentur in disciplinis mathematicis flagitet. Fit autem, vt quilibet facilitèr de ijs rebus censuram instituat et rectè iudicet, quas nouerit: et eiusmodi vir, sit puteturq; esse sibi bene exploratarũ

rerum bonus aquusq; existimator. Qui igi-
tur versatus eruditusq; sit in quacunq; re;
(quoniam is demum eam nouerit) quamcun-
que rem existimabit atq; dijudicabit. Ut
verò hoc in singulis euenit: sic itidem in
vniuersis, vt qui in vniuersis versatus e-
ruditusq; sit, vel sermonibus aliorũ vel
vsu; is demum, neq; quispiam alius, de
rebus vniuersis rectè sentire et statuere
possit. Quare disputationes ciuiles capi-
et is demiq; qui totius vitæ negocia ad-
spexit: capietq; porrò multo plenius, quò
in ijs magis magisq; erit exercitatus.
Itaq; á politica excludetur neq; eam
cum fructu auscultabit puer vel adole-
scentulus: quando per ætatem adhuc vi-

ta

ta humana rudis, factorumq; quæ in vita hominum geruntur, expers est: ex quibus omnis hæc doctrina dimanat; atq; etiam de hisce omnis traditur. Insuper uero etiam is, qui perturbatis animi motibus obnoxius est; frustra inutiliterq; eandem politicen auscultabit. neq; enim eam animo capere, nedum ad usum transferre poterit. Est autem hoc potissimum sapereq; meditandum: quandoquidem doctrinæ huius finis est non ipsa cognitio (quanquam noniſſe etiam eam oportet) sed actio, factaq; honesta. Puerum autem, quem hic non informari diximus, non intelligimus tantum eum, qui annis puer sit, vel impuberem aliquem: sed et alterum, cuiuscunq; ætatis sit, qui perturbationibus animi percellatur.

nihil enim inter hunc et illum interest.
quoniam neq; in puero ratione temporis
desideratur id, quod desideratur: sed quia
qui eius aetatis sunt, vitam ducunt eius
modi, (nisi metu disciplinaue coërceantur)
ad quam ipsos caci animorum motus ab-
ripiunt; atq; modo in hac, modo in illa,
lubrica quadam inconstantia, peculia-
riter quidem innata illi aetati, feruntur.
Qui autem sii sunt affecti, sive minores
annis, sive grandiore aeuo sint: nihil
commoditatis adiumentiq; ex sola doctri-
na perceptione capiunt. quemadmo-
dum eadem illis inutilis est, qui intem-
perauter viuunt, atq; sese totos inglu-
uiei et Veneri denouerunt. At contra alteris,

qui cupiditates suas, animiq; rationis expertes motus secundum rationem moderari, et secundum hanc eandem rationem omnia in vita facere decreuerunt: erit omnium vtilissimum, si quàm plurimum de his ipsis rebus audierint atq; didicerint. Et quidem hac haitenus, de ciuilis doctrinæ apto auditore, deq; ratione, qua hæc accipienda est, deq; ipso totius operis subiecto: quæ omnia proœmij loco erunt. Iam ad disputationem accedamus, et ei quod primum diximus contexamus attexamusque sequentia. Postquam (vt et omnibus liquet, et initio ostendimus) cùm omnia ceteraq; quæ tum non tacuimus, tùm hæc, quæ ad negocium maximè pertinet

huiusq3 operis propria sunt, cognitio videlicet et factum bonum aliquod pro ratione naturæ suæ expetit, nec illud, donec repertum fuerit, desiderare vnquam desinit: quid quaso illud est, quod Politicen, de qua agendum nobis esse demonstrauimus, acturosq3 nos polliciti sumus, expetere, et vt suum bonum desiderare dicemus? Difficilis enodatu hæc est disputatio, tantoq3 difficilior, quanto magis omnes propemodum in ipsa idem sentire videntur, cum in infinitum sententijs discrepent. Id eo fit, quod pleriq3 idem hac in re nomen vsurpant. tam enim vulgus imperitum atq3 indoctum, quam viri exculti opinioneq3 sapientiæ clari, summum

bonum in beata vita collocant. Etsi verò
præter commune nomen, quod summo bo-
no uno ore attribuunt; beate viuere esse
bene viuere rectéq; agere affirmant, vt
pæné videantur etiam re consentire; ta-
men se nondum expediunt, quoniam di-
uersis modis de hoc ipso bene viuere atq;
rectè agere iudicant atq; dicunt; et in
ipsa vita beata, quanam tandem ea sit,
hærent, et multum vltro citroq; dubitant.
Quando enim vrgetur hæc quæstio: aliud
multitudo iudicandi viribus ferè in-
vniuersum destituta, aliud multitudi-
ne exempti, sapientiaq; aliqua vel hu-
ius opinione præditi proferunt. Vulgi
sententiam priori loco exquiramus.
hoc igitur, quoniam aciem mentis in

occulta intendere nequit, tale aliquid pro-
dit, quod in oculos incurrat, et usquadeo
manifestum sit, vt prehendi quoq; manib9
possit. vt; voluptatem corporiq; incun-
da: aut opes abundantiamq; rerum: aut
honorem, dignitateq; multis antecellere.
alij deniq; aliud nominant, vt ferè tot
opiniones esse videantur, quot sunt ca-
pita. et, quod deterius est, sit sæpenume-
ro, vt idem sibi non constet, sed ratione
temporis atq; fortunæ aut minuscunq;
caussæ aliud bonum existimet. qui
namq; ex aduersa valetudine laborat,
salutem: qui egestate premitur, opes: q
insitiæ sibi conscij sunt, exosi has men-
tis tenebras; alios qui vel præclarum

quid, vel quod ipsi aut non possint præ-
stare aut non intelligant, dicunt; suspici-
unt atque admirantur. Nonnulli autem,
qui non nihil vidisse et ad verum quàm
proximè accessisse videri possunt; præter
hæc bona; quorum tantus est numerus,
aliud quiddam bonum esse, quod per se
tale sit, censuerunt. Verum universas
omnium sententias atq; opiniones recor-
dari, recitare easq; examinare: id for-
tasse non operæpretium, sed studij cuius-
dam supervacanei et infrugiferi erit.
Præstiterit verò, et satis superq; erit:
si illas vel sententias vel opiniones
persequamur; quæ et in circulis passim
à plurimis disputando exercentur, et

nonnulla videntur ratione inniti. Ac quidem hoc faciemus: sed prius, de modo in hac doctrina progrediendi, pauca, quæ quidem ignoranda non sunt, interseram. Est autem duplex procedendi in doctrinis modus. aut enim disputatio instituitur ex principijs vel naturâ notis vel antè collatis, atq; hoc modo ad finem perfectionemq; suam perducitur. aut primùm suscipitur tota tractatio, atq; vltimo loco tandem ad prima principia peruenitur. Exemplum vtriusq; intueri licet: mathematica namq; disciplina à paruis initijs crescunt, totaq; constituuntur: physica contrà ab historiâ inspectionecq; naturæ exorsa, prin-

cipia

cipia postremum collocant, ipsamq; physi-
cam hoc modo tandem absoluunt. Sed his
intellectis, facilè itidem intelligi potest;
egregiè eruditèq; fecisse Platonem, qui eũ
de hac eadem ciuili ratione disputaret,
in dubium vocauit: vtrum in politice
tradenda percipiendaq; à principijs, an
verò ad principia via esset instituen-
da? vt qui in stadio cursu decertant:
vtrum ijs à carceribus ijsq; qui præmi-
is victores donant ad metam, an verò
è diuerso à meta ad carceres, eosq; do-
minos, qui victoribus præmia proponut,
cursus sit potissimum instituendus?
Et quidem vis quæstionis ex hoc simul in-
telligi facilè potest: nec quid à cursori-

bus fiat fieriue necesse sit, attinet dicere: hac re scilicet omnibus nota. Verùm nunc de doctrinis videamus: ea profectò nobis semper eo loco ordienda videntur, vbi sunt faciliores. faciliores autem sunt in ijs partibus, quas notiores habemus. ergo à notioribus et à notissijs maximè explora-tis ordienda videntur. Id autem duabus vijs fit, vt sint notiora illa, vel nobis: vel in vniuersum notiora. Censebimus autem potius ab illis, quàm ab his ordiendum esse: vt enim hac ad nos spectent; ta-men illa propius nos ipsos, neq; quen-quam praterea attingunt. Ergo hoc loco à nobis notioribus ordiri nos aequum et maximè vtile est. Quod cùm ita sit, re-

quiritur: vt qui bene et cum emolumento
hasce doctrinas de rebus honestis, de iustis,
et deniq; de rebus ciuilibus percepturus sit,
is ab infantia atq; puero rectè beneq; ma-
gna cura fuerit educatus, et moribus se-
dulò assuefactus, ad ineundam eò facilius
totius vitæ sublimiorem aliquam rationem.
Non secùs enim vt balbutire infantem, anti-
quam puer loquatur, necesse est; nec id ali-
ter fieri potest: sic, nisi honestis puerilibus
moribus quis, dum tener est, perpetuò ex-
poliatur, vt præstans bonusq; vir, et ciui-
lis vitæ vel institutor vel emendator vel
conseruator euadat, nunquam fiet. Hîc
enim minimum principium est, vt sis ta-
lis: non quidem plenè eiusmodi, sed quo-

dam modo talis, vt reliqui capax esse vi-
dearis. Quòd si hoc planè habeas, vt sis ta-
lis, qualem erudimus: non opus erit magno
pere cognoscere, quamobrem talem te esse
oporteat. Qui autem talis est, et habet
principia factorum, atq; ipso facto præ-
stat omnia: is iam aut habet; aut nullo
negocio accipiet principia doctrinæ ci-
uilis. Qui verò vtrorumq; principio-
rum exsors est; ei ego auctor sim: vt
vt discat Hesiodum, et eum sequi vti-
liter docentem non abnuat. Inquit au-
tem. Itti equidem in optimis præstan-
tissimisq; vir, quod eiusmodi omnino sit
numerandus est; qui ipse, non indigus
peregrini consilij, per se nouit omnia, et

rectè facit, omnibus multò antè considerratis, ponderatisq; eventis, non vicinis tantùm, verùm etiam omnium vltimis. Fieri enim potest, vt primo intuitu gustuq; nonnulla pulchra dulciaq; sint; quæ si magis magisque intuearis, turpissima, si rectè sapias, amarissima tibi futura sint. Secundus ab hoc, quem non iniuriâ primum esse diximus, habebitur; qui, cum ingenio excludatur, animoq; non careat, bene monentem desideret, amet, audiat, et multò etiam magis eius dictis obtemperet. Tertius autem, qui et ipse quæ sibi sequenda sint in vita, præ ingenij stupore, non perspicit; et si salutaria consilia à prudentibus acceperit, animo non agitet, nec intelligat, ijsq; minimè vti velit: is profectò frugi nullo modo

est; sed plane nauci, neq; quidquam ad vitam hominum confert. Hactenus poëta ille, qui formanda vita præcepta nō minus singulariter, quam vtiliter tradit.

Ceterum

---

Hæc poëta verba interpretatur Liuius libro XXXII. in oratione Minutij. Sæpe ego, inquit, audiui, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parêre scit, eum extremi ingenij esse. Sic Cicero in Cluent. Sapientissimum esse dicunt eum, qui quod opus sit ipsi

veniat in mentem: proximè accedere il-
lum, qui alterius inuentis bene obtempe-
ret.

---

Ceterùm quando hoc, neque planè commodo
neq; tamen alieno loco, inseruimus; eò regre-
diamur, vnde discessimus, et de boni illius
deq; vita beata varijs sententijs nonnulla
vlterius excutiamus. Quod autem bonum
illud et beatam vitam, è varijs generibus
viuendi (non enim vno pacto inter morta-
les viuitur) depromere conantur atq; exi-
stimant: in hac parte non aberrare pu-
tandi sunt. Verùm tribus modis potissimùm
non planè miserè viuitur, et horum tri-
um vnus ab omnibus omnino coli videtur.
Prima vita eorum est, qui voluptatibus

se totos dedunt: secunda hominum in luce atq; gerendis rebus versantium: tertia in perpetua consideratione sapientiæ hærentium. Vulgus autem primam vitam, voluptatibus videlicet, omnibus quæ corpori iucunda sunt diffluentem, laudibus in cælum effert: sed huius iudicium infimum sordidissimumq; est, nec ullo modo tolerari aut debet aut potest. Verùm hi homines seruili planè et mancipi ingenio esse videntur: qui etiam rationem viuendi optimam beatamq; esse iudicent, quæ non hominum sed animalium, quibus nihil est rationis, sit propria. Neq; tamen nulla caussa est, quamobrem vsqueadeo sentiant. intuentur enim fortunatos

perperam

tunatos homines et reges plerosq; quos plu-
rimum videre etiam arbitrantur: et eò ci-
tius in voluptuariam vitam, in quam pro-
clives alioqui sunt praecipitant, et Sarda-
napali beatitudinem (largiamur enim
improbis paullulum hanc voculam) sibi
abscisere conantur. Longè verò melioris
boni cupiditate tenentur viri politi et ge-
rendis rebus occupati. honorem enim se-
ctantur: et quidem parum abest, quin is
videatur esse vitae ciuilis finis. tandem
tamen liquet, magis anceps atq; ambigu-
um et multò incertius quiddam esse ho-
norem, quàm hoc ipsum quod nunc quae-
rimus. videtur enim potius ab eo, qui ip-
sum alteri impertit, quàm ab altero, qui

colitur obſervaturq́, pendere. cùm enim
cultor defecit, honor conſtim evanuit.
Verùm nos bonum hoc, proprium quidda,
in nobis positum, ad nos pertinens, quod
vel nunquam á nobis diſcedat, vel saltem
agrè divellatur, eſse oportere affirma-
mus, vel, ſi timidius hoc faciendum vi-
detur, ſic diuinamus, quòd nihil nobis
veritati affinius eſse videatur. quale
bonum honorem minimè eſse, aut nos
nunc oſtendimus, aut omnibus iampri-
dem conſtat. Accedit huc; quod illi, quos
diximus, rerum adminiſtratores maxi-
marum, eam ob cauſſam honorem vehe-
menter expetere atq́ ſectari videntur:
vt, ſi ipſis ſit de eo exploratum, magis

de sua virtute confirmentur, atq; multò certi-
us, se bonos eximiosq; viros esse, nouerint.
Cùm enim honor sit virtutis, prudentiæ, ex-
cellentiæq; testimonium, propterea cùm ab
omnibus honore affici, tùm maximè et à
prudentibus intelligentibusq; viris, et à suis,
ijsq; qui noti sunt, neq; aliter quàm virtu-
tis ergò, maximopere desiderant. Manife-
stum est igitur etiam hos ipsos, qui ambiti-
oni student, sic statuere: non ipsum hono-
rem tanti esse, quanti sit ipsa virtus; sed
virtutem honori longo spacio anteponen-
dam, cùm hunc illius causa concupiscant.
Ex his fortè aliquis (neque is planè aber-
rauerit meo iudicio) vitæ ciuilis finem
summumq; bonum ipsam virtutem esse

collegerit et constituat. Videtur vero etiam et ipsa virtus sola omnibusq3 præsidijs nudata vitam beatam non explere neq3 perficere. potest enim fieri, vt is, qui virtute non careat, sed ea sit præditus; aut somno grauetur; aut quoad in vitis est à gerendis negocijs factisq3 egregijs edendis absit, quod vel legibus vel vi vel alijs incommodis ab illis prohibeatur; aut rebus aduersis, vt paupertate, morbo, et similibus vrgeatur: aut etiam extremis infortunijs conflictetur, et in ea mala incurrat, quæ mortalibus possunt accidere acerbissima et atrocissima. Nemo verò eum, qui eiusce modi modo viuat, dormientem videlicet, agendi expertem,

ærumnosum, extremeq3 miserum; beatum esse prædicabit: nisi qui aut propositæ quæstionis in alterius sublimioris materiæ campum descendere; aut novam peculiaremq3 sententiam perceptu difficilem et à vivendi ratione alienioremtueri in animum induxerit. Verùm in præsentia de his prolixè satis dictum est; quod et hæc ipsa in vulgaribus doctrinis, quibus ea, quæ liberùm hominem cognoscere et scire æquum est, quæq3 ad virtutem non parum momenti adferunt, tractantur, plenè sufficienterq3 explicantur. Reliquum nunc est tertium vitæ genus; ex quo tertius finis erui, tertiaq3 vita beata nominari potest: vita scilicet contemplatricis,

indagatrius et admiratricis maximarũ rerum, et vniuersæ etiam naturæ, omniumq; eius partium. Verùm de hac, quoniam et diuinior est, nec æquè ad colendos cœtus hominum accommodata, et non nisi in singularem humanaq; paulò generosiorem indolem cadit; ad institutum nostrum (decreuimus enim vitam ciuilem informare) minus pertinere videtur: vt ferè frustra nunc de ea suscipiatur disputatio. Ab hac igitur hoc loco supersedebimus; et tamen his tractatis, antequam dicere de republica ordiemur, quæ super hoc vitæ genere indaganda erunt, non ociosè inquiremus, reperta quæ more nostro explicabimus.

Caeterum quaeri nunc poterat, si plura essent
vitae genera, ad quae finis et ipsum bonum
expenderentur. Ego quidem nullum video,
nisi quis vitam eorum nominet, qui incumbunt colligendis opibus, et augendae rei familiari: Verùm haec vita nummorum inhiatrix
et plurimorum cupida; vix quidquam quieti et placidi: aeria autem et quasi violenta habet omnia: non secùs ac ipse vel avarus, vel quisquis est, qui pecunia patrimonijsq; amplificationi studet; quiete placidoque orbo carere videtur, abundans molestia,
ipse aeris et violentum bonum aliquod
sectans. Quae cùm ita sint, quemadmodùm
videmus; eniciatur, vt neq; eiusmodi vir
beatus; neq; diuitiae finis ille, quem hîc in-

quirimus, nominari possint. adde quod et
hæ ipsæ non propter seipsas quærantur,
nisi quis ipsarum amore insaniat: vsum-
que habeant non in ipsis positum neque
sua gratia: sed ob caussam extrinsecus ac-
cedentem. Faciunt enim non tantum, vt
multum habeas; sed et vel potentia te
firmant, vel auctoritatem apud vulgus
tibi pariunt, vel præstant quodvis aliud.
Hæc nimirum caussa est, quod duo illi fi-
nes, quos ante nominaui, fines existima-
ri rectius possunt, quoniam non alteri-
us gratia, sed propter seipsos expetun-
tur atque amantur. Voluptatem namq;
vt voluptate fruamur, expetimus atq;
amamus: honorem vt eo afficiamur:

virtute

virtute, vt ea excellamus atq; itidem celebremur. Sed et neq; horum quisquam, vltimus finis esse videtur, multisq; verbis et rationibus hi ipsi oppugnati sunt, et vel in vniuersum vel propemodum euersi.

Sed haec

---

Qua sequentibus Aristoteles de Idea boni contra Platonem disputat, non putaui in illis exprimendis illustrandisq; mihi nunc magnopere esse laborandum. Nam et ea ipsa indigent non solum quadam paraphrasi, sed prolixo commentario, et vix Latino sermone reddi, et non nisi ab iis, qui multam aetatem in literis contriue-

runt, intelligi possunt, neq; hui vt magno-
pere necessaria tractantur. Id verò opere
precium est scire, quanta arte quantoq;
virtutis studio hac agat Philosophus, quã-
tumq; caueat, ne in vllam ingrati animi
suspicionem labatur. Primum enim cum
sciret, contra magistrum sibi aliquid in
dubium vocandum atq; excutiendum
esse: paulò ante hunc locum, amplissi-
mis ipsum ornauit laudibus. Nunc eum
sic aggreditur, vt non vel hostem vel
vnum oppugnaturus; sed rem sibi cum
amicis esse asseuerat, quibus etsi contra-
dicat, tamen nihil se in eos moliri, quin
in seipsum in eadem similiq; re vel du-
rius acturus, pristinamq; sententiam,

si melioremq; veriorem reperiat, condemnaturus sit. quando hoc sui fieri oportuit, cum ab omnibus alijs, tum ab ijs maxime, qui philosophos se profitentur. Vt enim omnium est veritatis patrocinium suscipere; tum pre cunctis philosophorum —. Quemadmodum etiam nefarium est vel amicum vel veritatem oppugnare aut deserere; sic cum ab alterutro (etsi vterq; nobis in amoribus sit) discedendu est. maxime fas est a' parte veritatis stare, camq; amico etiam carissimo longissimo intervallo anteferre. Tanta est modestia Philosophi, veritatem inquirentis, atq; alieni non solum a' commissis, qua a' nullis nisi ab impuris pro-

ficiſcuntur, ſed vt a' linore, quo multi, qui magni eſſe laborant, turpiter ſuffuſi ſunt, plurimum abhorrentis. Sed miſſa idea, interpretor ſequentia, quæ rectè ſuperioribus, medio nullo interiecto cohærent.

---

Sed hæc diſputatio, quæ de finibus a' nobis ſuſcepta eſt, neq; leuiter diminuenda eſt; et altius quadam, vt bonum id quod inquirimus reperiamus, adferenda ſunt. Non enim fieri poteſt, vt res maximæ primo aſpectu percipi ſatis ſubitò poſſint: niſi et præcedentia, quibus hæc maxima nituntur, et profunda etiam quæq;, quoad fieri poſſit, repetantur atq;

eruantur. Bonum autem aliud in alio diuersoꝫ facto, et in alia diuersaꝫ arte (sicentiam enim et alia, quæ hîc nominari poterant, consultò præterimus, quod potius ijs vtendum sit, quæ ad vitam ciuilem potissimùm spectant; vt facta, actionesue et artes) inesse videtur: id quod cùm aliàs patet, tùm ab exemplis fit planissimum. aliud enim in arte medica, aliud in arte imperatoria bonum inest: quod ipsum in reliquis omnibus eodem modo vsu venit. Vt autem diuersorum factorum diuersarumꝫ artium diuersum bonum esse videtur: sic cuilibet facto et cuilibet arti videtur esse bonum, illud cuius gratia etiam cetera, quæ in principali facto

vel pauca vel multa, vel egregia vel mi-
nuta committuntur, et qua in arte qua-
liacunq; sint, qualemq; laborem requi-
rant, fabricantur. Qua verò exempla
illud prius confirmarunt; eadem et pro
hac sententia facient, camq; nonnihil
illustrabunt. Nam in arte medica bo-
num est, cuius gratia omnia fiunt, vi-
delicet valetudo integra: in arte im-
peratoria, spectat id vnum in omnibus
imperator, vt victoria potiatur: sit
(vt et nonum exemplum ad rem illu-
strandam accedat) in arte, qua instru-
ctum esse oportet eum, qui donum fa-
bricaturus est; bonum, propter quod
multi generis labores operaq; suscipi-

untur, est ipsa domus: et si considerabi-
mus singula facta singulasq; artes; nul-
lum neq; factum, neq; artem reperiemus,
quin summum vltimum proprium bonum, ad
quod omnia antecedentia referantur habe-
at. Adijciendum verò est bonum illud;
quod propter omnia fieri toties, ne frustra,
diximus: esse in factis nostris animique
nostri decretis vltimum quod spectamus et
finem. nam propter hoc vltimum et pro-
pter hunc finem faciunt reliqua antece-
dentia homines, quacunq; faciunt. Qui-
bus omnibus constitutis, memoriaq; repe-
titis, sequitur, vt finis omnium eorum
quæ facimus in vita degenda, moribus,
consilijs: si quidem vnus reperiatur; sit

bonum illud, de quo quærimus, incidens
in vitam hominum, neq; in opere aliquo,
neq; in scientijs consistens: sim plures esse
fines deprehendantur æquales, plura etiã
am bona erunt; et quidem numero tot,
quot illi fines erunt. Atq; ita hæc dis-
putatio ex vno ad aliud gradatim asce-
dens, in idem redit, quod antè diximus.
quod quoniam nondum ex hoc loco non
omnis abstersa est obscuritas, sed adhuc
hærere aliquid caliginis videtur: clario-
re aliquanto oratione, si poterimus, il-
lustrabimus; aut si, quod optamus, asse-
qui minus poterimus, neq; omne fortasse
assequemur, tamen in hoc aliquantulum
laborabimus, et vires nostras experiemur.

Iterum

Iterum autem inter fines distinguendum erit. neq; enim vel vnus est in vniuersum, vel multi vnius eiusdemq; generis: sed et multi sunt, et illi diuersorum generum. Horum verò omnium alios propter se expetimus: alios verò propter se minime, neque vt in ijs ipsis conquiescamus; sed vt et ad res ampliores et ad fines praestantiores, illorum adminiculo perueniamus. hoc etsi per se patet: tamen exempla praesenti tractationi nihil offuerint. quales sunt opes, tibiæ, et omnino quæcunq; organa. opibus enim nemo, qui sanæ mentis est, propter ipsas opes, sed propter earum vsum studet. sic tibiæ nullus cuiq̃ propter ipsam, hoc est, si possideatur, vsus

est; sed hanc artifex, qua canat, sibi comparat. nullum denique est uspiam artificis instrumentum, quod sibi finis sit, sed propter alium quodlibet horum, ut facile intelligi potest, adhibetur. Ex hac finium manifesta distinctione oritur alia, quam praesenti negocio statim applicabimus. Cum enim fines alij propter se; alij propter aliud expetantur: manifesto videri licet, non omnes fines perfectos atq; absolutos esse; sed alios horum tenues atq; imperfectos, alios vero singulares et perfectos. Quod autem est omnium optimum, id perfectum quiddam: quique finis ceterorum optimus, is perfectissimus esse videtur. Sed quorsum haec omnia?

vt scilicet constet, quod profecto constat.
Si vnus sit perfectus finis, et hic reperiri demonstrariq; possit: eum esse hunc ipsum quem quærimus: sin plures sint fines perfecti, quod fieri potest, vel quod fieri posse dabimus; esse quæsitum finem, solidorũ, plenorum, perfectorumq; finium illum, qui sit omnium perfectissimus. Sed vt hoc certum esse sine magno ingenio dijudicarj potest: sic forsitan dubitabitur: quis finis quo sit perfectior. Hoc verò etiam, si ad priorem distinctionem respiciemus, non ignorabimus. Quem nanq; per se sectamur finem, haud dubiè multò nobilior perfectiorq; altero fine est, quem propter alium sequimur. hæc quidem haud scio

si clarius possint dici atq; explicari: sed quia fit, vt per se finis expetitus, etiam propter alium expetatur nonnunquam; adjiciemus hoc quoq; : nobiliorem esse atq; perfectiorem illum finem, qui nunquam propter alios expetatur, reliquis finibus, qui etsi propter se expetuntur, tamen etiam expetuntur huius nobilioris perfectionisq; gratia. Denique vt nullus hui relinquatur huiusmodi ambiguitati locus, et res fiat quamprimum quàm planissima: nobilissimus hui est finis, omniumq; nobilissimus, qui perpetuo propter se, neq; vllius vel ob rem aliam vel ob finem alium expetitur. Considerranti autem in omnibus rebus humanis omnia, atq; toto animo perpendenti, nus;

quam occurrit aliud, quod hui nobiliſsimus
perfectiſsimusq3 finis ſit ſive vel nominari qui-
at; quàm ipſa mortalium beata vita. Hac
igitur, vt nunc iudicauimus, vita beata,
videtur eſſe finis omnium finium perfecti-
ſimus. hanc namq3 expetimus, hanc opta-
mus, hanc ſectamur: ſemper quidem pro-
pter ſeipſam; nunquam vero propter ali-
ud quiddam. hoc ſolum in vita beata in-
tuemur, beati vt ſimus; nihil ab hoc di-
uerſum, nihil hoc inferius, nihil huic par
aut ſimile, nihil denique hoc maius aut ſu-
perius (quando beatè viuere omnia in ſe
complectitur) ſpectamus. Jam verò eti-
am videamus, ſi hoc ipſum de vlla alia
re, quàm de vita beata, rectè dici poſſit.

vel

nam et res summa sunt, honor nominisq3
immortalitas: voluptas omnisq3 generis
affluentes delicie: mens item, rerumq3 in,
tellectus maximarum optimarumq3 om;
nium: denig3 Virtus vitaq3 sibi constans,
et in omnibus recta rationi consentanea.
maxima profecto sunt hec, et haud scio
an maiora vspiam reperiantur: atque
ipsa per se et propter se expetimus. si
namq3 prater ipsa ad nos nihil emolumé-
ti redeat, tamen sola mirificé amabimus
atq3 vnicé complectemur. Qua vt vera
sunt; sic eadem tamen etiam eligimus
et expetimus, propterea vt vita beata
per ipsa potiamur et fruamur: vel sal.
tem, quod sic eadem potituros fruituros;

que nos existimemus. Contrá verò, nemo
est, qui vel horum gratia, vel propter quā,
cunq; rem aliam beatam vitam exptat et
desideret. Porrò quatuor his, qua diximus,
ob dictas caussas remotis; videtur idem,
quod beata vita accidit, ex abundantia
copiaq; omnium rerum euenire. Nam
quodcunq; bonum perfectum est, videtur
nullius rei indigere, sed omnes in se copias
comprehensas habere. Cùm verò hoc bonū
per se constans, in se plenum sibiq; omnia
sufficiens nominamus: non tribuimus hoc
homini, qui solitariam ab hominum soci-
etate, quasi in deserto vitam agat; sed
eiusmodi homini, cui sint et ad quem per-
tineant, parentes, nati, coniunx, et in uni-

uersum amici, necnon reliqui omnes. Hi enim hinc minime excludendi sunt, cùm natura nos societati colendæ et congregationi conseruandæ fecerit atq; expresserit. neq; profecto ulla apes, quarum iucundissima videmus esse atq; propemodum perpetua examina, maiore naturæ impetu conuolant; neq; ulli vel pecudum vel volatilium greges se magis illius eiusdem arcano instinctu consociant: quàm nostrum genus. Quæ cùm ita sint, non solùm qui omnium proximè nos attingunt, vt parentes, liberi, coniunx, sed et quibus, cum viuimus, vt amici, quiq; nobiscum ijsdem cinguntur mœnibus; multum sua beatitudine vel infelicitate nostræ felicita;

ti vel adjciunt vel detrahunt. Sed hæc oratio minimè est in infinitum extendenda, sed certis terminanda limitibus: quando quod in infinitum sic extenditur, neq; vitæ commodum est, neq; fieri vnquam potest, neq; vel solis cogitationibus inuestigabitur. Quare vt nobis propiores illos atq; proximos necessariò huc includimus; cuius rei ostensa ratio est: sic, à nobis remotiores atq; remotissimos, vt est series maiorum atq; posterorum nostrorum, quorum illos nouisse omnes non possumus, et horum post nepotes pronepotesq; fere neminem; et sunt amicorum amici, quos etsi nunc in viuis sunt, tamen videre ipsos pleros; que non contigerit; hinc necessariò, vt

iamiam docuimus, excludimus. Verùm ne quem super hac re scrupulum cupido veri lectori relinquamus; hac non quidem prolixè, sed iterum tamen considerabimus atq; perpendemus: ne hac quæ de eo quod sibi omnia præstat atque sufficit, diximus, ab illis, quæ de beata vita diximus, dissonare videatur; cùm, vt vidimus, mirificè congruant. Illud autem quod sibi omnia præstat atq; sufficit (si forte huic verbis vim Græcæ dictionis interpretari aut vtcunq; repræsentare possimus) vocamus id, quod etiamsi solum sit, et cùm solum sit, faciat vitam optabilem, desiderabilem, quæq; nullius alterius rei egeat.

Arbitramur autem beatitudinem eiusmodi aliquid esse. arbitramur verò etiam et ponimus: beatam vitam esse omnium rerum longè merito suo carissimam & maximè optabilem, etiamsi ad eius plenitudinem nihil accedat vspiam prætereà; et tamen eandem longè clariorem optabilioremq; esse, si ipsi bonum prætereà aliud, quantumuis minimum annumeretur. neq; enim hoc se potest habere aliter; quando is qui accedit, siue alicuius ponderis siue minimus etiam cumulus, aliquid adjicit, et quò est cumulus maior, eò plus addit boni. quod autem maius est in bonis; id semper omnium primo loco numerabitur. Quare, quem-

admodum vt superioribus verbis indi-
catum est, videtur esse perfectum quid-
dam beata vita; sit ex hisce, quæ de eo,
quod sibi omnia præstat et sufficit,
attulimus, videtur eadem esse tale qd-
dam, in quo sint omnia, quod nihil
non sibi præstet atq; sufficiat: cùm
sit omnium quæ in vita gerimus vl-
timum, quod spectamus; et finis.
Fortasse verò beata vita etiam est,
id quod optimum est. neq; indiget
hii sermo argumentis: quando nemo
non ita sentit, vitam beatam optimu
esse. Sed vt hæc oratio recepta est at,
que approbata ab omnibus: ita habet
profecto nonnihil obscuritatis, quæ

amouenda est, vt omnia sint illustriora. Accesserit autem, credo, plurimum lucis huic loco; si verè proprium ipsi homini opus inquisierimus atq; constituerimus, quo opere fungi maximè et possit et debeat. Sii enim repertrimus, quod sit optimum. Nanq; tibicen, et statuarius, et nemo non artificum, et quicunque vllius artis aut facti peritus studiosusue est; in ipsa operis functione et exercitio habet, et omne suum bonum et omnem praestantiam. eodem modo in functione sibi maxima propria bonum excellentiam, quæ suam habere homo videtur. Si modò sit ipsius aliqua propria functio, ipsiq; soli congruum consentaneum,

neumq3 opus. De quo postremo si quis dubitet, videtur etiam ad inferiorum atq3 sordidorum artificia esse deducē, dus. Horum enim, exempli gratia fabri et sutoris, si qua sunt opera fun, ctionesq3, et si qua facta atq3 actiones: hominem nullo opere fungi, neq3 quid: quam agere, sed exclusum proprio ne, gocio ignauum esse perpetuoq3 torpo; re consumi debere, neq3 credibile est, neq3 vllo modo verisimile. Erit igitur certē aliqua functio atq3 actio homi» nis homini vnicē propria. Jam vt hoc magis innotescat, quemadmodum oculorum, manuum, pedum, denique singulorum vniuersi corporis humanj

membrorum, constat aliquod opus functi; onemine esse (pronuisse enim his dictionibus, et modo una, modo altera, modo vtraq3, vt plenius nos explicemus, vtimur) quando videmus oculis, manibus prehendimus, pedibus incedimus: si non inconuenienter praeter haec singularia cogitatione discretorum ab homine membrorum opera, vnum aliquod generale, singulare tamen hominis collocauerimus, atq3 asseuerare firmiter non dubitauerimus. Nunc cum peculiare esse opus hominis, homini non omni ratione exuto probare visi fuerimus: attexemus reliqua, vrgebimusq3 id, de quo paullo ante innueramus, atq3 in-

quirrimus, quodnam sit illud homini con-
ueniẽtissimum atq; ipsi proprium ma-
xime. Iam si vitam collocabimus, di-
cemusq; vivere ipsi proprium esse: non-
dum repererimus, quod indagamus. Et-
si enim hoc ita est, vt homini sit pro-
prium vivere: tamen non solus hoc ha-
bet, sed commune non solum cum reli-
quis animantibus, sed cum ipsis etiam
arboribus, ceterisq; plantis omnibus.
quærebamus autem non eius modi quid-
dam, generalius scilicet, sed angustissi-
mum, et maxime homini soliq; illi pro-
prium. Quare cum in hac disputatione
versamur, atq; hominis proprium erui-
mus, remouenda et plane excludenda
est

est virtus animæ, altrix natura & nutrix, quarum hæc eam ad iustam staturam et magnitudinem perducit, illa ne consumatur, benigne sustinet. Sed non solùm hæc vtraq; sui nihil habet loci: sed et alia, in qua sentiendi vis facultasq; hæret, omnino hinc removenda esse videtur. Hæc enim id quod in dubium vocari non potest non solius est hominis: sed vt equus sentit, et bos, et quodcunq; ceterorum animalium. Hæ igitur virtutes cũ ereptæ sint homini, non vt ijs careat, sed vt eas solus minimè teneat: illâ ipsi virtutem solam soli reseruamus (idq; rectè facere videmur) qua agit

aliquid homo ratione prædituſ, et ipſa
vſurpans. Hæc virtus aut vita in
factis conſiſtens; ex vna parte eſt in-
ferior, et rationi obedit, vt eam facere
par eſt: ex altera ſuperior, imperans,
et cogitationibus atq; ratiocinando per-
petuò occupata. Cùm autem huius po-
ſterioris munus iterum non in vno mo-
do conſiſtat, ſed ea ſit duplex et dupli-
citer dicatur; quoniam vel cogitatio
in ſe ipſa tantùm vertitur, vel refer-
tur ad aliquod factum, negociaq; in-
ter mortales obeunda: collocabimuſ
eam quæ in actione eſt, ipſamq; in vi-
tam ſe extendentem alteri nuda nu-
dæq; cogitationi præferemus. potior

vnum videtur esse, et tantò potior, quan-
tò vel minus vel nihil videtur esse in
societate hominum, quod ab actione
semotum, solis deliberationibus disputa-
tionibusq3 agitatur. Prehendimus nunc
tandem hominis opus, quod ipsi soli con-
ueniens summaq3 proprium est: nem-
pe animi operationem atq3 functionem,
directam secundum rationem, aut ver-
te, quæ à ratione non discedat neq3 dis-
crepet. videtur autem paullum ad-
huc huic disputationi vel intelligendæ
vel perficiendæ deesse. Cùm de totius
generis opere quæritur, idem est
cum functione cerci cuiusdam, huius
vel illius præclari artificis. Vt cùm

quærimus de opere functioneue citha-
rœdi generatim: hanc functionem
inuenerimus, si quod officium aut qua
functio sit huius vel illius egregij viri,
qui præclarè fidibus canere sciat, sit
compertum. Hoc ita fit in omnibus,
vt cuiusdam eximij artificis functio-
ne producta, vel genus vel id quod
generi quadrat innotescat: si scilicet
functio largè prius nominetur atque
hac postea virtutis excellentia restrin-
gatur atq; determinetur. quod ex eo-
dem exemplo fiet euidentius. citharœ-
di namq; est, citharâ canere, boni verò,
benè canere citharâ. Hoc cùm ita si
habeat; et cùm collocemus, vt faciamus,

functionem hominis, vitam aliquam: et
hanc eiusmodi, vt sit animi efficax fun-
ctio, atq; in factis consistat, et cùm hac
tùm illa secundum rationem fiat:
maioris explicationis gratia addemus,
vtraq; metienda esse functione et factis
viri studio singulari omnia agentis
excellentisq;, qui ijs benè pulchreque
in vniuersum fungatur. Si nunc vi-
num salem atq; alterum accesserit: cō-
stabit de hoc optimo, quod inuestigan-
dum suscepimus. Quodcunq; bene, recte,
perfectéq; fit, idipsum secundum virtu-
tem suam propriamque perficitur.
Hoc cùm etiam ita sit: humanum bo-
num erit functio animi efficax, atq;

secundum virtutem: quarum virtutū
si sint plures una; perfici illud bonū
humanum functione animi, secundum
virtutum ~~si sint plures una~~ omnium
optimam atq; plenissimam non male
dixerimus. Extremum hic omnium
est, vt ad hanc adipiscendam vita quo-
que pleniore opus esse doceamus. nam
quemadmodum vt vetus verbum est,
neq; vna hirundo, neq; vnus dies ver
facit: sic neq; feliciem beatumue v-
nus dies, neq; paullum temporis, ~~spa-~~
vtpote menses aliquot paucive an-
ni fecerint. longo amorum spacio,
matura ætate, potioreq; humanæ
vitæ parte ad felicitatem beatitudi-

nemq3 consequendam opus est. His igi-
tur lineis circumductum, et his limitibus
circumscriptum sit bonum hoc nostrum.
Non enim potest non conuenientissimè
fieri, vt adumbretur primùm tota res,
et delineetur vniuersa. deinde singula
partes euolui latius et explicari eviden-
tius minore negocio possunt. Videtur
autem non tantùm recondita doctrina
imbuti, sed etiam mediocri eruditione
tincti et propemodum cuiusuis esse, hc,
ne inchoata pertexere; atq3 exprime-
re et absoluere ea qua rectè delineata
sunt: videturq3 ipsa adeo temporis dili-
turnitas vel reliqua per se reperire,
atq3 è tenebris educere; vel certè eorum

inuentionem mirificè adiuuat. hac ratio-
ne euenit, vt è minutis principijs artes
prorepentes in immensum excreuerint, et
demiq; ex incrementis quotidianis ad sum-
mum productæ atq; absolutæ sint: quòd
cùm primi fundamenta rectè iecissent,
atq; illas delineassent, posteriores facilius,
reliquum ædificium extruant, delineata
exprimant, et quæcunq; desint, vel à pri-
mis indicibus vel ab emendatoribus, alijs
atq; alijs, neglecta, expleant. Verùm ra-
tio certa veraq; hæc de vita hominum
et rebus ciuilibus tractandi non est ig-
noranda, si quis aliquando bene insti-
tutum laborem persequi in animum in-
ducat: sed meminisse eorum, quæ su-

prà

prá diximus, operæpreciũm est. Diximus autem et docuimus, subtilitatem et exquisitam doctrinam non similiter esse in omnibus rebus quærendam: sed hanc diriigendam esse ád subiectam materiam; et quidem eousq, quousq illius doctrinæ rationi proprium et consentaneum est. Faber namq et Geometra non eadé via, sed diuersimodé lineam rectam inuestigant et considerant. Faber enim continuó inuestrigationi, considerationi, totiq; in hac re officio suo satisfacit, quando eam rectam lineam reperit, quæ domui parietiúe extruendo commoda est et vtilis. alter autem non ita rudi modo de linea agit; sed docet et quid sit. &

quale sit. quoniam non respicit id quod verisimile vel utile est, sed in ipsius veri contemplatione versatur. Quemadmodum igitur in his duobus quilibet metas suas non excedit, sed faber quod suum est, quod suum item geometra spectat: sic in reliquis omnibus idem faciendum est, neq; misceda inter se sunt subtilia et verisimilia: sed & subtilibus suus sit locus suisq; rebus: verisimilibus item suus et rebus minus constantibus minusq; perpetuis relinquendus: ne dum hoc instituimq; aliud agamus, neue, missis ijs quæ ad rem maximè pertinent, de ijs solicitè agamus, quæ minus necessaria

sunt, quibusq; citra detrimentum ca-
rere poteramus. His liquidò constan-
tibus, sequitur vt neq; de omnibus re-
bus neq; in omnibus doctrinis æquali-
ter caussa desideranda et exposcenda
sit: quod non eò dico, vt caussæ inue-
stigationem, qua cognitu vt nihil est
difficilius, sic neq; quicquam magis
necessarium, improbem; sed vt in loco
doceam, quædam esse, in quibus si
quid verum sit, et quid fieri oporte-
at, plenè beneq; demonstretur, suffi-
ciat. quod ita etiam in principijs ijs,
quæ sunt amplissimarum doctrina-
rum fundamenta et quasi vberri-
mi fontes, se habet. nam satis est ea

vera esse; neq; cur vera sint rationis commemoratione probari debet. Vt bis duo, quatuor esse; verum est, & satis diuere. quin frustra quoq; cur bis duo, quatuor sint, inquiratur. Quod si quid res sit aut quid verum sit, nos non fugiet: habebimus primum illud vel fundamentum, & principium. Principiorum porro non est vniformitas quædam, prout quæ ex iis fiunt non sunt vniusmodi. Sed alia aliter inquiruntur et considerantur. Alia nanq; inductione, hoc est, vt ex rebus certis certum quiddam eliciatur, idq; basis sit reliquarum doctrinarum, vel

certa cuiusdam artis, constituuntur:
alia externis probantur confirmaturq3
sensibus: alia in assuefactione consistut:
alia denicq3, si qua sunt alterius generis,
aliter se habent. Inductione: vt qui in
doctrinis astronomicis versantur, ex or-
tibus et occasibus siderum, itemque ex
alijs rationibus aggregatis, colligunt:
(hunc mundum rotundum esse: caelum
circulariter circumuolui) et hac vt
certa principia in sua arte apprehen-
dunt et retinent. Sensibus: vt terra
manibus ponderata, igni digito tacto,
experimur et conuincimur: (terram
graue elementum: ignem vrere) qui-
bus item vt suis principijs, ijsq3 ui-

nimè dubijs vtuntur, et ex ipsis ar-
gumenta ducunt alia physici. Ipsa
vero principia minimè negligere,
sed persequi accuratè oportet atque
cognoscere, qua natura sint: et omni
studio commitendum est, vt bene re-
ctèq; definiantur. Habent enim plu-
rimum momenti ad reliqua, quæ in
ipsa aut scientia aut arte aut re in-
sunt: atq; adeo tantum, vt si in his
peccetur, reliqua vel magna ex par-
te falsa esse vel collabi necesse sit.
Videtur igitur verum principium
non solùm medium esse vniuersi, sed
est medio vniuersi aliquantò plus:
videturq; huius cognitio plurima

eorum, quæ scire in quaq; re laboramus,
quaq; alias perpetuis inuoluta tenebris
laterent, eruere et in clara luce propo-
nere, vt facilè rectèq; percipiantur.
Ceterùm quando in hanc digressionem
de principijs necessariò descendimus;
quomodo ipsa considerare oporteat non
est planè omittendum. Est autem de
ipsis suscipienda consideratio non ex ijs
tantùm, quæ ex principijs concludun-
tur et constituuntur, et ex ijs quæ sunt
in scientia, artis, reiue mechia tracta-
tione: verum quoq; ex anterioribus,
quæ inquiruntur atq; sciuntur de ip-
sis principijs. Neque hoc aduersabitur
vlla in particula reliqua doctrinæ,

quæ ex principijs scaturiginem ducit, et tota demiq3 profluit. quî enim hoc possit fieri? quando mirificus est consensus omnium rerum re ipsa reiteé se habentium cum vero (verum enim est verborum commemoratio rei consentanea) vt vlterius, quodcunq3 verum nulla cum falso cognatione contineatur, sed illud ab hoc confestim immensum perpetuò discrepat, cumq3 eo pugnat. Hoc itaq3 consilio, nec, vt opinor, malè hæc de principijs huc loci interiecimus. Nunc iterum ad boni naturam nobis proficiscendum est; atq3 plura nonnulla de ipso declaranda. Bona ea scilicet, quæ vel bonos

nos

nos efficiunt, vel ad conseruandam, amplifi-
candam, ornandamue natura aliquid con-
ferunt; in triplici sunt differentia. Pri-
mi generis sunt exteriora, quæ neq; cor-
pori neq; animo nostro inhærent, vt o-
pes, potentia, dignitas. Secundi, bona
animi, vt virtutes et quantacunq; scien-
tia. Tertij sunt, bona corporis; vt va-
letudo firma, pulcritudo. Dicimus au-
tem et sentimus, principem locum in
hisce ipsis tenere, et bona animi maxi-
ma esse. Facta verò atq; functiones,
quæ absq; animi adminiculo et vi præ-
stari nequeunt; animo adscribimus, et
in ipsum animum collocamus. Quæ ea
quæ paullò superius de circumscriptio-

ne boni diximus; etiam secundum hasce sententias, quarum nos repertores (neq3 enim nouis opinionibus studemus, neq3 priscas nobis glorioſè tribuimus) non sumus, sed hæ veteres sunt eruditiſsimorum hominum et ab omnibus cognita atq3 approbata, bene dicta esse videbuntur. Rectè verò etiam habet alterum, quod certa quædam facta et functiones, finis esse dicuntur. Ex quibus ambobus hoc efficitur. Si primus is animi locus et si in factis functionibusque finis vertitur: sequitur, vt finis sit in animi bonis positus; non in bonis illis alterius generis, quæ exteriora nominauimus. Neq3 hæc oratio in

reliqua impingit, sed consona vero et rei est: propterea quod vir beatus et vita bene fruitur et facta sua quàm optimè administrat omnia. Vicina enim hæc esse et sunt profectò ita arctissimo vinculo connexa, vt vitam bonam et vitam bonis functionibus rectè occupatam, pro eodem plerique vsurpent. Ceterùm, vt validius confirmetur à nobis collocata superius sententia, quam aperuimus de bono quod in hominem cadit, quando videlicet affirmauimus, idipsum esse animi functionem virtuti consentaneam, atq; etiam in vita plena: videtur hæc ipsa sententia habere in se comprehen-

sa et inclusa omnia, quæ á quibuscunq;
ad vitam beatam constituendam requi-
runtur et adferuntur. quod vt mani-
festum sit, reliquorum etiam non pueri-
les neq; in vniuersum repudiandas vel
sententias vel opiniones, perstringamq;,
conferamus, atq; examinemus. Sunt
enim, qui vitam beatam in virtute, na-
turáq; præstantia collocent: alij in pru-
dentia rebusq; consilio et ratione delibe-
randis atq; constituendis: nonnulli in
Sapientia et amplissimarum recondita-
rumq; doctrinarum cognitione: quidá
verò alij vel hæc omnia simul, vel ho-
rum aliquid, neq; tamen simpliciter
nominant, sed vel omnibus illis, vel vni

quod maximè probant, sine voluptate
annumerant, sine existere absq3 volu-
ptate minimè posse autumant, atque
affirmant. nec desunt, qui vnâ quoq3
exteriorem felicitatem comprehendut.
Habent autem hæ sententiæ non igno-
biles auctores et asertores. aliæ enim
nituntur et plurimis et vetustissimis:
aliæ verò paucissimis et clarissimis.
Neutros autem neque repudiare neq3
condemnare debemus; nec volumus,
ne nobis plus, quàm sustinere queamus,
arrogare videamur. Neq3 enim veri-
simile credibileve est: aut maximam
multitudinem à multis retro seculis,
aut paucissimos homines litteratos, qui

in sapientia studio omnes corporis animiq; neruos et vires insumsissent; ita fœdissimè alucinatos esse, vt omni via, toto, quod aiunt, cœlo prorsus aberrauerint. Quin aquius est, et multò magis verò consentaneum: et hos et illos, si non omnia viderint, tamen aliquid vidisse, et vel maxima ex parte, vel saltem aliqua ex parte recte sensisse. neq; enim vel plurimorum consensus in vniuersum eleuandus, vel paucorum singulare studium est sine ratione improbandum. Nostra autem sententia cum ijs, qui vel virtutem vniuersam vel aliquam virtutem dicunt, consentit. Virtutis enim est, functio muneris, qua

exequimur secundum virtutem: qualem functionem nos designauimus. Verùm fortasse tamen non parum interfuerit, si optimum illud in possessione vel in vsu intelligamus: et si in habitu vel functione. Aliud nimirum est rem mancipio nexuq; obtinere: diuersum, eius vsu fructibusq; potiri. Sit habitus, exempli gratia alicuius artis; vel vt expressius eoner dicere, ingenerata confirmataq; aliquid artificiosè faciendi consuetudo potest inesse in aliquo, qui tamen nihil boni egregijne in præsentia præstet. Vt si quis somno grauetur, aut quouis alio modo sit agendo defatigatus. Ipsa verò functio non potest non vires suas

perpetuó exercere atq; exerere, occupari;
que agendo: quod si aliter fiat, functio
minimè vocanda sit. quare necessariò
in agendo tota erit, (nec potest, vt in-
dicani, fieri aliter) et quidem rectè
benéq; aget. Quemadmodum verò lu-
dis Olympicis non qui veteris speciei cor-
poris et robore antecellunt, qui tamen
illo loco non possunt non omnibus pla-
cere, quosq; verisimile est digniores esse
plurimis; sed qui in certamen vel pe-
dibus vel lucta, vel equo vel bigis qua-
drigisq; descenderint (nam horum aliqui
victores euadunt et declarantur) pra-
mijs coronaq; donantur: sic et ij morta-
lium soli praclara, honesta, eximia, pul-

chra

chra bona et salutaria in vita consequun-
tur, non qui summa tantum animo sectan-
tur (quod tamen fieri ab ijs oportet) sed
qui factis exprimunt, neq; quidquam in
ijs, quæ faciunt, impingunt. Quales qui
sunt aut vnquam fiunt: eorum vita est
per seipsam suauis atq; voluptate redun-
dat: quoniam voluptate affici animi
num pertinet, cuius et est virtus et
á quo omnis virtutis functio profici-
scitur. Illud autem cuilibet suaue &
magnæ voluptati est, cuius amore et
tenetur et teneri dicitur, et quod amo-
rem in alterius pectore concitat. Vt
equestri homini vel equis delectato, est
equus: spectatori, seu spectaculorum

auido, ipsa fabula, certamina, et reliqum
spectaculorum genus. Ad hunc eundem
modum iusto aequoq3 viro seu iusti aequi;
que amatori talia sunt ipsa iura &
ipsum iustum: et in vniversum denique
virtuti praestanti seu virtutis studioso,
ipsa virtus et quaecunq3 ad virtutem
faciunt, ipsiq3 sunt consentanea. Plu-
rimi autem mortalium rapiuntur ad
has et illas voluptates; neq3 de ijs eo-
dem modo iudicant: quod ipsorum vo-
luptates corrupta vel natura vel consue-
tudine, non prima natura neq3 recto
iudicio voluptates sunt. contra verò
honesti, veri, praeclari, ipsiusq3 pulcri
studiosis, nulla voluptas sordibus in-

quinata voluptas est, sed suauia sunt iu-
cundaq; omnia, in quibus inest prima
origine et vera natura suauitas pura
et incunditas inexhausta. Talia aute
hoc est, plenitudine suauitatis redundan-
tia sunt virtutes, et nobiles virtutum
actiones. hæ igitur ipsis quoq; honesta-
tis sectatoribus sunt suaues, idq; per se,
eosq; perenni voluptate ex naturæ bo-
nitate profluente perfundunt. Quare
vita eiusmodi hominum, qui se in vir-
tutis stadio reipsa factisq; diuinis per-
petuo exercent; nequaquam extrinse-
cus aduenientè voluptate indiget, vt
vel appendice necessaria annexa vel
colore foris illito, quando voluptate

haud paullo sed interuallo infinito melio-
rem perfectioremq3 in se continet. Acce-
dit praterea ad ea, quæ iam diximus:
quod neq3 est neq3 ulla via nominari iu-
stus potest, qui non gaudet factis suis,
si quibus præclare pulchrè honestéque
fungitur. Iustum enim quis illum
dixerit, qui cùm iustè faciat, nullam
ex hac sua iustitia voluptatem capiat?
Quis liberalem, qui liberali suo facto non
delectetur, sed vel minimus atq3 stoma-
chabundus beneficium dederit, vel quæ
si hilaris dederit postea pœniteat bene-
ficentiæ? Sic et in reliquis virtutibus,
atq3 adeo in omnium virtutum actio-
nibus se habet. Quod si ita est, et si sic

recte iudicant homines, neq; hoc omnium iudicium ratione caret: erunt virtutum functiones omnes in se ipsis atq; per se iucunda, voluptatumq; non vulgarium referta: quin etiam bonæ simul salutares q; et præclaræ honestæq;. ipsa autem voluptas, bonitas et honestas in singulis virtutum factis maximè cernitur: si quidem de hisce rectè beneque existimat et iudicat homo rectè viuendi studiosus; quod ipsum facere, neque aberrare diximus. Est igitur ex superioribus hisce, quæ diximus et confirmauimus, beata vita sive beatitudo omnium rerum pulcherrimum honestissimumq;, neq; reperiri illa potest quid-

quam in orbe terrarum iucundius, quod-
que maiore melioreq3 voluptate exuberet.
Neque hæc inter se distincta sunt, vt
aliud honestum, aliud bonum, aliud ite
suaue sit, quemadmodum ea disiunxit
epigramma illud Deliacum, cuius hæc
est sententia: Rem esse omnium pulcer-
rimam, iusticiam colere: optimam, va-
letudine viribusq3 integris frui: iucun-
dissimum desiderij sui cupiditates ex-
plere. Hæc namq3 tria prima rei natu-
ra cohærent arctissime; et vsquadeo
in optimis præstantissimisq3 quibusq3
actionibus functionibusq3 in vnum
confluunt, vt non possint hisce integris
dissipari. Diximus autem, vitam be-

dtam vel in his vel in harum vna, si qua
sit omnium summa consistere. Ipsam ve-
ro vitam beatam, in qua dominantur,
quamq; constituunt hæ præclaræ animi
functiones, tanum exterioris fortunæ
auxilio et præsidio indigere, quod ante
quoq; innueramus, videtur. quod aut
nullo modo fieri posit, aut certe sit
præter modum difficile, vt præclaras
res geras, et virtutum maximarum
actionibus fungaris; si copijs, si opibus,
si denique omnis generis adminiculis at-
que adiumentis excludaris. Non enim
pauca sed quamplurima in vita mor-
talium tanquam per instrumenta admi-
nistrantur: vnde fit, vt vel amicis,

vel dimitijs, vel etiam hac prudentia ciui-
li artéq; seu facultate moderanda reipub.
opus sit. Sunt alia, quæ si adsint non vi-
dentur tam prodesse; quàm obsit, si ijs ca-
reas. vt quibus deest generis claritas, so-
bolis felicitas, speciei decora corporis; eorũ
felicitati non leuis, sed latè serpens, illam,
quæ fœdè conspurcans macula aspersa
est. Neq; enim ad beatam vitam conse-
quendam satis paratus esse videtur is,
vel cui admodum monstrosa multumq;
turpis forma natura casúue obtigit; vel
qui maioribus non dico obscuris et il-
laudatis (quod hoc minus malum sit) in-
honestis et sceleratis, quanquam ipse bo-
nus sit, natus est; vel qui cognatis,

agnatis

agnatis, omniq3 affinitate excluditur, neq3 vllam prolem suscipit. Multo vero adhuc forte imparatior, si libri ipsi nascantur, qui aut cum perditi sint, omnis generis scriptoribus studeant, seque ijs eant perditum; aut si vel eos teneerrime amant, vel singulari virtute praestent, mortem obeant, luctuq3 acerbissimo illi propterea, vt fit, conficiantur.

Quare, quemadmodum diximus, videntur requiri, etsi non vt res principes, eiusmodi fortunae secundae. quod cum deprehenderetur, extiterunt, qui felicitatem eiusmodi beatam vitam esse affirmarent: ex superioribus vero caussis alij in virtute ipsam collo-

vel

cabant. et quidem neque hi vel illi pla-
ne aberrarunt iudicio; neq; tamen rem in-
tegram omnemq; veram sententiam ex-
promserunt. Fecit porro hæc opinionum
diuersitas, quæ quod verisimiles essent,
non poterant facile a quouis dijudicari,
vt plures de vita beata disputationes
quæstionesq; enatæ sint. et quidem
quam explicabimus, eam operæpretium
est cognoscere. Quæsitum est autem:
Verum beata vita disciplina litterisq;
acquiratur? an vero consuetudine &
assuefactione? an vero alia quadam
ipsam exercendi vsurpandiq; via? an
vero diuina quadam virgula obti-
gat? an vero fortuito mortalibus,

nihil tale opinantibus, obtrudatur?
Sed singulas huius quæstionis partes ex-
cutiemus. Et primùm, quod ad illud at-
tinet, quod dici potterat, beatam vitam
diuinitus nobis obuenire, sic sentiendum
est. Si qua res vspiam alia munere nu-
minis nobis obuenit, à quo verè quæcum-
que bona sunt proficiscuntur: consen-
taneum profectò est et diutu sanctum,
vitam beatam ab eodem numine morta-
libus donari; idq; fieri præceteris huma-
nis bonis omnibus, quantò hæc omnium
est optimum atq; excellentissimum. Ve-
rùm in hæc profundius aciem ingenij
intendere, subtilius disputare et perfe-
ctius enodare, fortè huius loci non erit:
Sed ad doctrinam illam postremam perti-

ret, et hac multo absolutiorem, quae so-
lum ab ijs intelligi potest, qui naturas
rerum omnemq3 Philosophiam neque
legunter neq3 paucis annis inuestiga-
runt atq3 didicerunt. Videtur verò e-
tiam vita beata, etiamsi non obtruda-
tur diuinitus hominibus nihil de ra-
cogitantibus, ignauis et dormitantibus,
sed nobiscum beneficio virtutis et su-
iusdam doctrinae ut exercitij commu-
nicetur, nihilominus esse in ijs rebus,
quibus nihil possit fieri diuinius: etiam
hac de causa, quod virtuti proposito
praemium, ipsiusq3 gratia institutus fi-
nis, non possit non esse optimus, diui-
nus et beatus apparet. Quae sententia

rei maxime vel propterea congruit: quod
hac via non vni alterive beatæ vitæ spes
facta et possessio tradita videtur, sed ea
si non ab omni multitudine, saltem vel
à plurimis expectari et acquiri potest.
Omnibus enim potest obuenire mortali-
bus, ope doctrinæ et studij; quorum illa
te docet quid officij sit et virtutis, hoc
facit, vt quod intelligis libenterq; facis,
facilime facias, et neq; possis neq; velis
facere aliter: nisi qui ad virtutem sunt
inepti, vt sunt quos annis senectis nō
doueris artem fidibus canendi. qua-
les illi sunt, vel qui sinistro fato ira-
taq; natura (fit enim hoc non raro)
in hanc lucem editi sunt, vel quos for-

tuna incrementer ope sua exclusit.
Jam si melius est nos hoc quem iamiam
aperuimus modo, beatavita potiri, quã
fortuito; consentaneum est, eam nec
nimi casu obiiu, sed doctrina vsuque
atquiri. Cum autem hoc sentire rectius
sit, ambigi non potest: ex eo, quod
omnium optimorum quæ quàm fieri
potest natura optima sunt, hæc ratio
est: eorum item quæ artis aliquius
sunt, quæq; aliqua caussa nituntur,
vt consilia, et cumprimis quæ omnium
optima caussa nituntur. Si igitur
hæc omnia regnantur ratione, non
casu, sed hoc perturbantur atq; euer-
tuntur: quantus sit error, quæ amen-

tia, quæ denique insania, virtuti et voluptati fortunæ beatam vitam, rem omnium maximam, præstantissimam atq; pulcherrimam credere, et constituendam, moderandam perficiendamq; committere.

Hoc verò ipsum, de quo nunc quæritur, videtur comparet ex superioribus: quando diximus; beatam vitam esse functionem animi ad virtutem directam. quæ functio cuiusdam — modi sit. hæc cum modi alicuius esse debeat; fieri eam alicuius — modi posse necesse est: idque ea via, qua hic ostenditur. Hoc verò bonum, nempe animi talis functio, etiam, si principem locum obtinet: tamen bona non excludit cetera, sed ea potius expetit,

et vehementer, quòd necessaria sint, desi-
derat: alia, quæ omnino in ipsa hominis
natura inesse debent, vt indoles non ad vi-
cium tota ruens, nec veterno subnersum
ingenium, sed illa vel plurimum incli-
nans ad honestissima, vel certè ab his
non auersa; hoc vel vehementer acre
vel certè diuorum capax: alia exteri-
ora, quæ si neq; adsint neq; accedant,
fungi virtute, egregioq; animi decreto
satisfacere nunquam possis; si habeas ad-
iuuabunt te plurimum et conducent sin-
gulariter, vt præstes præclara illa, quæ
et debeas (debemus enim omnes) et velis
omnia; huius generis sunt amplitudo
patri-

patrimonij et ætatis maturitas. Hæc ve-
rò, quæ iam dixi, vel eadem erunt cùm
superioribus, vel certè cum ijs mirificè
quadrabunt: cum finem politicæ doctri-
næ, constituimus optimum summumq3
esse. hæc enim sine doctrina sine fa-
cultas, non vulgarem sed omnem sum-
mamq3 curam in se transfert et susci-
pit pro ciuibus omniq3 genere homi-
num, vt mortales cuiusdam-modi esse
efficiat: quod si intelligatur: vt et eua-
dant ciues boni et ijs actionibus, quas
honestum pulchrumq3 ipsum nobis im-
perat, perpetuò sint inter se delicti atq3
occupati. Hisce probè consideratis, nó
abs re esse apparet, quòd neq3 bonem

neq; equum, neq; vllum aliud animal ra-
tionis expers beatum vocamus. neq; enim
in vllum horum huiusmodi sive actio
sive functio cadit. quin et ob hanc caus-
sam neq; infans neq; quisquam pueri-
tate beatus dicitur: quòd rebus a-
gendis virtutiq; præstandæ, si nulla
præterea de causa (concurrunt enim
multæ) saltem per annorum imma-
turitatem minimè sint idonei. quod
si tamen qui celebrentur beati, vt fit
nonnunquam: ijs tantùm gratulari
videmur, et quicquid horum facimus,
facimus spe illa inuitati vel impulsi,
quam de se singularem fortè concita-
rint. Nam certè ad vitæ beatæ pos-

sessionem firmam et vsum perpetuum,
opus est perfectione virtutis, hoc est vir,
tute tanta, quantam capere possumus:
atq; eadem ratione maturis annis pleno,
que nec prater modum conturbato vita
tempore. Multæ enim vicissitudines,
variæq; fortuna in vitam hominum
vel praviſa vel prater omnem expe,
ctationem non incidunt solum, verum
multo sæpius irruunt. quin fieri vi,
demus, vt cui omnia semper en sentun,
tia cesserint, quiq; in nullam partem
impegisse videatur, paneq; vitam be,
atam possideat: arumnis maximis in
extrema demum senecta totus obru,
atur, et pessundetur: vt historia he,

rorum de Priamo vel murmorant vel fabu-
lantur, qui cum toto vitæ prioris tempo-
re secundis ventis in omnibus vsus esset,
decrepitus postea non solum oculis suis ci-
ues suos perire, filios viros præstantis-
simos occidi, mania capi, remq; publicã
funditus euerti vidit, sed et ipse miser-
rimè periit. Huic autem fortuna cur-
sum similemq; qui perpetiatur; et vsq;
adeo calamitosè in hac vita decedat:
eum profectò nemo vnquam, nisi extremè
desipiat, beatum dixerit. Hoc verò po-
stremum si verum esse statuemus, quod
quidem omnes sic statuunt: an neminẽ
quoad in vitis est, beatum nominabimus?
Sed potius vt nos apud Herodotum So-

lon docet, finem eritumq; spectandum nobis esse putabimus, mortuoq; homine demum, de ipsius beatitudine certi aliquid definiemus? Hoc si ita esse iudicabimq; et deprehendemus: nihil obstat, quó minus et hoc ipsum hoc loco doceamus. hoc verò non faciemus tenuerè, sed hanc quæstionem excutiemus prius sedulò.

Ac primùm, sítne ille beatus, qui vita non fruatur amplius: an verò hoc planè absurdum esse censeamus? Certè videtur hoc vero perquam dissimile: minimeq; dicendum et concedendum: cùm aliàs omnibus, qui super hac re perquirunt sedulò: tùm maximè nobis, qui vitam beatam functionem

aliquam esse (non potest autem vlla esse defunctorum) diximus. Vlterius verò, si mortuum beatum non nominamus, et si hæc Solonis mens non fuit, sed hoc voluit; tum demiq; sine vlla cunctatione atq; hæsitatione posse nos homini diuinam felicitatem applausu, verbis, iudicioq; nostro tribuere: id minimum etsi splendidè dicitur, tamen omnino ni fi disceptationem quandam et ab ipsa re discrepantiam habet. Nam vt bonum comitatur mortuo; ita eidem malum comitari non potest non existimari: non aliter quàm vtrunq; in viuentem cadebat. nec quidquam est discriminis, nisi quod super-

stes ea intellexit, sensibusque percipere
voluit: iam verò rebus humanis exem-
tus neq; intelligit animo, neq; vlla ra-
tione sentit. Sunt autem huius gene-
ris, honores et infamia: filiorum et
omnium posterorum tum secunda tum
aduersæ res. Ceterum hæc ipsa, quæ
iam nunc recensui, maiores adhuc no-
bis tenebras offundunt, nosq; nitrica-
tioribus inuoluunt quæstionibus. Fi-
eri enim non solet, vt is qui beatè di-
uinaq; veluti virgula totum vitæ
suæ tempus, non solum ad decrepitã
vsque senectam produxerit, verum
etiam ex hac ipsa itidem omnibus
humanitatis et mortalitatis officijs

defunctus decesserit: non vnas vices in filijs omnibusq; posteris, quos recensere infinitum foret, sustineat, eorumq; alij boni sint, et vitam adipiscantur suæ dignitati consentaneam; alij improbi sint, et malefactis suis dignas fortunas asse-quantur et pœnas luant. Constat præterea eosdem non solùm posteritatis suæ caussa, sed etiam ex parentum, auorum omniumq; retro in infinitum quasi maiorum ratione, eodem tempore aliter se atq; aliter et quidem modis infinitis habere. Quid autem monstrosius, quid absurdius? quid ipsi naturæ magis aduersari posse videatur? quàm si is, qui diem suum obierit, immuteretur:

tur: et si fiat, aliàs beatus; et iterum miser. Erit verò huic simile et eodem modo absurdum: si nullo vnquam tempore res statusq; liberorum ad parentes pertingat, et nunquam ad eos pertinere dicatur. Postquam autem plurima iàm cumulauimus, quæ in dubitationem veniunt: quid de singulis sentiendum sit videamus; & quod omnium primum est quæsitum, ad id regrediamur primò, idq; exquiramus. fortè enim erit, vt ex hoc, vbi arte enodatum fuerit, dissentiatur postremæ quæstionis obscuritas, ipsaq; res fiat quàm planissima. Quod igitur ad primum attinet: an non

absurdum sit, et omni á ratione alie-
nissimum, si finis cuiusq3 exspectetur,
et primùm tum dicatur beatus, non
qui eam beatus sit, sed quod beatus
antè fuerit. Nunquid verò tum qs,
1 beatæ cum in vitæ possessione est, non ve-
rè dicetur de viro beato hoc quo nũc
ipsum potitur dicetur; quod bea-
tos pronunciare superstites nolimus:
cum quòd et hæc mortalitas vicissi-
tudini omniq3 mutationi subiecta est
et paret, et vitam beatam durabile
aliquid et nequaquam mutabile esse
non temerè iniectamus et asseue-
ramus; tum quod fortuna, quæ ip-
sius est, et nunquam non et nunquã

sonis tamen ab omnibus notata inconstā-
tia, non vniformi ijdem vtuntur, sed in
ea ninium variabili existente circum-
giuantur. Hoc enim neq; testimonijs ne-
que multa comprobatione indigit: nos,
si censuram ad fortunæ cursum accom-
modemus, eundem hominem, modò bea-
tum, modò miserum futuros; facturos,
que ex viro beato Chamæleontem ali-
quem, quod animal cuiuscunq; rei, cui
vicinum est, colorem inducre plerum-
que atq; repræsentare accepimus: nec
ipsi fundamentum, in quo ille et ex-
truatur et consistat, firmum et sta-
bile, sed debile et planè putridum as-
signabimus. An igitur potius, cum

iudicium de viro beato feremus, nequaquam ad fortunas, sed ad præstantius quiddam respiciemus? Videtur profectò rectum non esse, vt in hac re vna omnium maxima dijudicanda vel hanc vel illam fortunam sequamur. neq; enim in bona totum illud bonum, quo fruimur, neq; in mala vniuersum malum, quo vrgemur, hæret: sed, prout antè diximus, vita hominum fortuna opeq; omni exteriore tanquam appendice aliqua indiget. Principem autem locum in fundanda, constituenda conseruandaq; beatitudine obtinent virtutis functiones: vt contra facta turpia hanc omnem non debilitant so-

lum, sed et funditus euertunt, et ip-
sam miseriam introducunt et alunt.
huic verò etiam sententia suffragan-
tur, quæ paulò antè in dubium voca-
uimus; vbi ostendimus non fluxa il-
liusmodi, sed certa et constantia ad
vitam beatam constituendam à ne-
mine non desiderari. Firmitas enim
nullius omnium rerum humanarum
tanta est et perpetuitas: quanta
functionum, quæ ad normam virtu-
tis administrantur; quin hæ quoque
ipsis sæculis, quarum mirifica certi-
tudo est, durabiliores esse videntur,
quod quanquam plurimum, tamen
functionibus hisce præclaris multò

minus ad vitam hominum conferunt:
et quidem hæ ipsæ scientiæ nonnul-
læ, et in summo honore et diuturnio-
res sunt, in quibus et potissimum ob
quam diutissimè viri beati vitam de-
gunt. hoc enim causæ esse videtur,
quòd nulla è mortalibus oblivione
extirpantur. Non igitur desidera-
bitur hæc constantia et perpetuitas
rei, de qua quærimus, in viro beato:
ipseq; talis, et unius modi et sui simi-
lis, quoad in rebus humanis versabi-
tur futurus est. Semper enim, aut
certè ut plurimum (internalla nanq;
quietis et nonnulla ludicra necessa-
riò naturæ tribuimus) fungetur vir,

tutum actionibus, vel si extrinsecus ac-
cedens caussa aliquantulum impediret,
apud animum suum, nihil nisi practa-
rum, sublime, honestum, vereq; virile ver-
sabit. quin quoq; praterea vtriusque
generis fortunam fortunam feret quàm
fortissimè, honestissimè, clarissimè &
pulcherrimè: et quidem vbicunq; loci et
temporis; et in vniuersum magna cum
omnium suorum nervorum viriumq;
intentione: feret, inquam, vir non ille
fuco et simulatione, sed toto animo at-
que reipsa bonus; quiq; sit quadratus
sine vlla reprehensione et macula—;
hoc est, perfectissimus. qualem scilicet, ma-
nibus pedibusq; et mente demiq; quadra-

tum atq; perfectum, factum ita vt
nihil in ipso merito culpetur, fieri
vere rarum, difficileq; esse dixit ad
Scopam filium Creontis Sapientissi-
mus Simonides. Cùm autem fortu-
na multa gubernet; vel potius: cùm
multa fortunæ arbitratu fiant; eaque
vel magnitudine vel parvitate inter
se differant: non profectò eadem ratio-
ne vitam nostram commonent, neq;
similiter in ea momentum aliquid ad
eam immutandum, euertendumque
obtinent. Primùm enim, vt minuta
quædam felicitas hominem ex misero
beatum minimè reddiderit. Sic res ad-
uersæ vulgares, paruæ, et leuiores, ho-

minem

minem beata vita potitum, nullo vn-
quam modo ex altissimo omnium gra-
du dejicient; neq, aerumnosum miserum,
que facient. Sed res fortunata quàm
maxima et quàm plurima magnitu-
dine numeroq, suo vitam citra dubium
faciunt optabiliorem, beatiorem, et vt
sic loquar diuiniorem; quando ipsam
illustrem per se, magis adhuc exornat:
vsusq, eorum, quæ talia fortuna nobis
suppeditauerit, præclara, honesta, lauda-
bilis, et studio vitam singulari exigē-
tis viri est. contrà si res aduersæ ma-
gnæ simul ~~sunt~~ et multæ in nos irruant,
grauitate sua et multitudine vrgent et
defœdant mirificè, si quid sit nobis

beatum. etenim molestias summas et
solicitudines meluetabiles atq; anxie-
tates creant: et sii illæ cùm per se tùm
per has vel omnibus vel plurimis fun-
ctionibus obstant, et hui nos impoten-
tiæ angustiarumq; cogunt, vt eorum,
quæ in animum induximus, vix quid-
quam, factis exequi valeamus. Tamen
in ipsis lucet arumnis decus; neq; om-
nis virtutis splendor tenebris obduci-
tur: nempe si quis durissimis validissi-
misq; illis fortunæ telis neq; totus con-
cidat neq; infringatur; sed supra mo-
dum magna simul et multa infortu-
nia, facilius et æquius aliquantò, for-
titer et constanter ferat: non quia con-

go vsu (quod humilibus et abiectis quo-
que accidit, nec laudem meretur, quod
animus non acuedat) iam ad ea obdu-
ueris, vel etiam percalluerit; sed [quod] gene-
rosus quispiam sis et animo magno
atq; tantopere sublimi, qui caduca pe-
dibus conculcet, vera bona sola maxi-
mi aestimet. Quod si porro vitae primi-
cipes sunt ipsae functiones, quod non
semel diximus: non poterit profecto is
qui aream beatae vitae iam occupauerit,
ita repente et facile inde in miseriae
profundissimum pelagus detrudi. Nu-
quam enim vllum factum perpetrabit,
quod odio dignum et prauum. Etenim
arbitramur eum, qui et vere bonus

sit, nec ratione excludatur (utrunque enim comprehendo, quod nihil hoc sit si absq; animo egregio omnia intelligas, et reperiantur, qui cum non fucate probi sint, tamen vel hebeti ingenio vel disciplina omissione, facere, qua optent, nequeant) non solum fortunam meliorem, verum etiam nostra natura, cupiditati rebusq; omnibus adversantem recte atq; decenter laturum: et pro ratione rerum praesentium, atque ex ijsdem, officio suo quam rectiss; sinc; et pulcherrime; functurum. non secus atq; egregius bonusq; imperator instructissimis quidem copijs omnium felicissime; tamen praesentibus non male, satis bellicose,

ē, imó quàm bellicosissimè potest, vti-
tur. et quemadmodum Sutor ex quouis
oblato corio pro huius corij ratione cal-
ceos venustissimos et optimos consuit:
neq3 inficias ibimus potuisse ipsum, ex
optimo corio calceos multò melliores per-
fectosq3 consuere. Sed quid hic vno alte-
roq3 exemplo vtimur, cùm hoc omnibus
artificibus commune sit? Quod si ita
est, vt videtur: et quando haec ratio hīc
locum habet; nunquam vir beatus mi-
ser fiet, etsi ipsum tum diuinis bonis
adfluere non dicemus, si illiusmodi Pri-
amicis et plusquàm tragicis sortibus
intricatur atq3 obruatur: nunquá item
varius est, vt citó hunc, citó illum co-

lorem imbibat: neq; mutationi facilè obnoxius. Nam non quidem nunquam de altissimo illo vitæ beatæ gradu deturbari potest: sed hoc non fit malis illis vulgaribus, quæ cuiuis hominum aut obueniunt aut ab omnibus exspectantur, sed grandibus illis et frequentissimis, quorum non vnum alterum, sed plurima vehementissimis casibus et impulsibus excipiant quamplurima. His concussus atq; deiectus, non facilè profectò ex miseria tali extrema emerget; nec citò beatus iterum Iesse diciq; poterit: sed, si hoc accidit, quo vix quidquam est rarius, longo et pleno temporis id interuallo fit: quando et amissorum

bonorum et illapsorum malorum loco,
et maxima et illustria bona iterum erit
adeptus. Ex his igitur omnibus recte,
ni fallor, concludemus; et hunc homi-
nem beatum vocabimus, qui officio bo-
ni viri secundum perfectam virtutem
fungatur, cuiq; exteriora illa bona sa-
tis superq; administrentur: neq; et
hoc et illud, uno alterone die aut exi-
guo tempore; sed plena vita homine.
Huic autem conclusioni nunquid ad-
demus aliud? hoc scilicet, ut hunc ip-
sum et sic in posterum vivere et se-
cundum rationem morte, quam ne-
mo mortalium evitavit, humanis
rebus eximi necesse sit? Conclusioni certe
illi nihil deesse iudico: et arbitror

non male illum beatum dici, etiamsi
nihil neq; de futuris annis neq; de obi-
tu pronuncies; quod id a quoquam re-
quirere stultum sit, quod præstare nō
possis, vt certè neq; quod ad te neque
quod ad quemcunq; alium, certi tibi
aliquid possis in futurum polliceri.
Quod si tamen, ex eo, quod diximus: vi-
tam beatam extremum esse, et omnino
ex omni parte perfectum quiddam:
contendat beatos esse dicendos, quibus
et suppetunt vt suppetent illa, quæ
diximus, omnia, quæq; toties et panè
cum tædio repetita, non possumus nō
meminisse: non admodum pugnabo;
neq; ab ipso non dissentire, aperte
pro me ferre non grauabor. beati

autem

autem erunt, diuinisq3 bonis cumulati,
non vt dij (et enim praeter aeternitatem,
qua immortales non cadit, nihil omni-
um vspiam numen desiderat) sed vt
homines, quos expetere ea, qua non suae
sed caelestis naturae propria sunt, nefas.
Et haec quidem de his hucusq3 (tantum
enim vel fieri potest, vel vberius hoc
fieri non est operaepretium) definiantur.
Porro vero hac disputatione de bonis ex-
terioribus nostris neque imerudite neque
non vere expedita: secundum est, vt qd
de fortunis quoque minorum nostrorum
existimandum sit, excutiamus et tra-
damus. Primum igitur, si dicamus, libe-
rorum posterorumq3 fortunas itemq3

omnium amicorum, nihil plane ad nos pertinere: id et humanitati, quam colere nos oportet, amicitiæq, sine qua ne vita quidem optanda cuiquam est, refragari; et omnium sententijs, quas superbe spernere, temereq, condemnare, sed ex ijs potius pleraq, probare, et partem huius doctrinæ exstruere debemus, aduersari videbitur. Cum autem et casus plurimi sint, nec paucioribus, quam ipsi sunt, inter se dissimilitudinibus discernantur, et posteri amicitiæ nostri quidã alijs propinquiores nobis sint: (alij enim plus quam alij amicitia et sanguine nos attingunt) vniuersa singillatim distinguere et definire non longum solum,

sed et infinitum est: atq; ea de caussa ne tentari quidem hoc debet. Sed si de omnibus generatim quædam et rudi Minerua exposuerimus; id sufficerit. Primùm igitur, quemadmodum in nostris infortunijs quædam tanti ponderis sunt, vt vita nostra non possint non mutatione aliquam adferre; quædam verò leuiora sunt, nec tanti, sine culpa nostra, caussa mali: sic quoq; omnino alia amicorum (hoc enim communiore nomine vtiam liberos, nepotes, cognatos, agnatos, affines, omnesq; propinquos comprehensos volo) mala grauiora sunt, à quibus in nos aliquid manare possit, alia leuiora, à quibus nemini nisi aut insano aut meticulosissimo metuendum

sit. Deinde multum etiam interest, ea ipsa mala, sint vulgaria sint asperri-, ma, superstitibus ne adhuc an defun-, ctis ipsis, nos pertingant: multò etiam magis, quàm in tragœdijs gerantur, ne in præsentia in conspectu omnium, an verò tantùm commemorentur ne-, faria facta et funesta mala, quasi antè acciderint. Has enim leges tra-, gici observant, vt incestus, parricidia, cædes facta narrentur tantùm in fa-, bulis, non fiant. Vt autem hoc, quan-, quam atrocitate sua non careat; ta-, men tolerabilius est, quàm si fiant: sit quanquam acerbitatis ex præteritis futurisq; amicorum malis non pa-,

rum capimus; tamen id tantum non
est, quàm si illa præsentia præsentium
præsentes intueremur atq; subiremus.
Nunc autem inter hæc ipsa mala dif-
ferentia erum constituenda, vt quan-
tum quodq; et valeat et valere debeat
non ignoremus. Verum potius fortasse
quærendum est de vita functis: vtrũ
rerum felicium infeliciumq; partici-
pes fieri possint, an non? hoc enim
edocti, facilè erit animaduertere, quã-
tum mortuorum fortuna viuis vel
commodent vel incommodent. Pote-
rat autem disputari; ad eos, qui è
vita iam abijssent, nihil neq; harum
neque illarum pertinere: quòd nem-

trij frui possint: tamen hoc dabimus, esse nonnulla quæ ad defunctos pertinere posse videantur. Quorum si quod est vel boni vel mali; id leue parumque esse aut per se aut certè ipsis arbitrabimur. Jam si tantillum est, certè neq; tale neq; tantum erit, vt et eos, qui beati non sint, vita beata cumulet; et qui beati sint, vita beata spoliet. Videtur ergo felicitas amicorum defunctos ornare; infelicitas cõtrà obscurare: sed sic et tantopere; vt horum neq; illa beatam vitam in miseram, neq; hæc miseram in beatam commutatura vnquam sit. Sed hæc cùm constare videantur: quid refert

disputare, quantum vnis ex defunctis
accedat? Patet enim ex his: si beatus
sim ex animi defuncti miseria paullu-
lum ad me manaturum; sed non tan-
tum, vt quod beatum ego possideam,
eius mihi iactura facienda sit. Si
contra miser sim, ex eiusdem beata vi-
ta nonnihil fortè mihi illucesset boni;
sed tantillum hoc erit, vt neq; tene-
bras meæ miseriæ discussurum, neq;
lucē beatitudinēq; me sit vnquam il-
lustraturum. His autem mihi tradi-
tis et definitis, videamus vlterius de
hac ipsa beata vita, quanta res sit:
Vtrum in ijs numeretur, quæ landa-
biles esse existimantur; an verò in ijs,

quas maiore veneratione, velut diuina, mediocribus multò altiora colimus?

Tertium enim num sit facultas vis que naturalis, vix quari potest: et constat iam; ipsam eiusmodi nihil esse. Et si autem vt hoc ipsum, et quod hîc dici oportet, explicatu hac lingua itu difficile est, vix vt explicari, aut etiam non explicari possit: tamen in re intricatissima atq; obscurissima elaborabimus, non quod assecuturos nos spe remus, qua exprimenda sunt, sed quod tamen probaturos conatus nostros alijs; veniamq; vel audacia vel erroris apud intelligentes impetraturos nos non diffidamus. Videamus ergo

si

Si sit laudabile quiddam in vita bea-
ta: quod non eò dicimus; quòd vitupe-
ratum iri eam à quoquam ulla vnqua
ratione credamus, aut posse existime-
mus. Sed quærimus, parne ipsi an mul-
to inferiòr laus tribuatur, si laudabi-
lis nominetur? vt si virum magnifi-
cum liberalem dixeris, non quidem fal-
sus eris; sed ipsi multò arte minus,
quàm habet, tribueris. At primùm,
quodcunq; laudabile est; id propterea
laudatur, quod cuiusdam modi sit,
et quodammodo ad aliquid referatur.
quod etsi non satis perspicuè etiam
homini ingenioso dictum videri po-

rest: tamen ex hoc intellectum iri
credo. quod iustum, quod fortem;
quod denique virum bonum, quod ipsam
virtutem, ex negotijs actionibusque,
quæ per illos et ab hac administran-
tur, laudamus. robustum quoque, et
cursorem et quemcunq; quacunq; fa-
cultate vel arte instructus sit, lauda-
mus rō, quod quilibet horum cuiusdam
modi sit, et ad bonum quiddam atq;
officium accuratum vel respiciat vel
referatur. Quod magis apparebit, si
quis Deos laudare instituat; qui plus
quàm laudandi sunt. sed si quis eorū
laudes contexat ea ratione, quam

in laudandis mortalibus recte sequi-
mur, plurimum aberrabit. Ridiculi
enim esse videbuntur dij, nobiscum
et cum nostris virtutibus collati. quis
enim ferat deos temperantes continen-
tesq3 nominari, cùm nulla ipsis tribui
concupiscentia possint, in quibus mo-
derandis temperantiam continentiam-
que probent. Id autem accidit, quia
laudes collatione et relatione aliqua,
vt diximus, fiunt: cùm numen in se
habeat bonum, non tali respectu, ip-
siq3 propterea non laudes, sed diuina
laudes debeantur. Cùm autem laus
ejusmodi rebus conueniat: constat ne-
q3 deorum neq3 rerum optimarum lau-

des esse aut propriè dici; sed melius
præstantius et grandius hisce debetur.
quod et reipsa probatur: quando de-
os, diuinos et beatos celebramus, non
nudè laudamus. etsi hoc discrimen a
Romanis hominibus neq; facilè dici
neq; intelligi potest. sed vt deos, sic
homines præstantissimos, diuinos,
prout sunt, nominamus. atq; etiam
de rebus bonis sic loquimur, vt diui-
nas eas dicamus. nemo namq; vt
iustum laudamus, rectè laudauerit
beatam vitam, sed celebrauerit mul-
tò plenius, vt quiddam iusto diuinius
et præstantius. Hinc videtur Eudoxus,
cùm de præmijs loquitur, voluptati

suffragari. Sic enim colligebat. Cùm virtus in rebus bonis sit; neque in ijs, qui laudabiles proprie Græcis hominibus dicuntur: præferenda esse rebus laudabilibus videtur. quæ autem laudabilibus præferantur, non esse alia: quàm vel ipsum numen, vel ipsum summum bonum: et si qua sint alia hui referri. Laudes enim virtutis esse dicuntur: quod ab hac profiscatur, quod præstamus, quæ honesta pulchraque sunt. Encomia autem sunt operum. hoc vero non tantùm observatur in ijs, quæ ad corpus, sed et in ijs, quæ ad animum pertinent. Hoc autem enucleatius tractare hui non fuit:

sed hanc rem committemus ijs, qui in encomijs meditandis scribendisq; sunt occupati. Quæ quoq; de Eudoxi opinione hîc non incommodè dici poterant, ea ut huic disputationi colophonem tandem imponamus, præcidemus, alteriq; loco reseruabimus. Nos verò his ipsis, quæ diximus, probare voluimus, et ni fallor probauimus; vitam beatam esse in ijs rebus, quæ sint summo honore colendæ, et absolutissimæ esse credantur. Etsi verò alijs argumentis hoc ipsum non indigeat: tamen idcirco quoq; ita esse videtur, quoniam primum principiumq; est, quod in omnibus meditando, faciendo, consulendo, dicendo

sequimur, et oculis animi intuemur.
Huius enim gratia haec fiunt omnia.
Principium verò et causa bonorum,
meritò in summis honoribus ponen-
dum, et diuinum esse existimandum est.
Hactenus ferè totum librum in quæ-
stionibus ad vitam beatam spectantibus
insumsimus, et de ipsa verissimè, et
quàm in hanc vniuersis incumbendū
sit, et quanta sit, disputauimus.
nunc persequemur ea, quæ ad illam
nos recto tramite duxerint: et virtu-
tis officijq; naturam atq; vim explica-
bimus. Cùm enim dixerimus de vita
beata; eam esse functionem aliquam
animi, quæ virtutem perfectè effingat:

ninirum faciendum est, quod instituimus; ipsaq; virtutes non vulgariter sunt explicandæ. Non enim hac via tantu vita beata citius facilius q; potiemur: verùm quoq; ipsam penitius, et tantum quantum quidem cognosci potest, intro spiciemus. Videtur verò etiam ipse politicus plurimum in virtutis functione occupatus esse. De politico verò loquimur eiusmodi, qui verè politicus sit, qui capessat rempublicam, non vt sua potentia consulat, non vt honores maximos sua laudis gratia aucupetur, non vt privatis commodis opibus, que parandis studeat, non vt libidine suam ~~quamcunq; modi~~ eiuscunq; modi sit explcat: sed potentia

tentia spreta, honoribus contemtis, pecu-
nia missa, omni libidine domita, se to-
tum ad rempublicam conuertet, eiusq3
integrum corpus, et quasuis eius par-
tis sic tuebitur, vt non vni alterive
vel viro vel ordini, sed omnibus ciui-
bus omnibusq3 ordinibus pro suo cu-
iusq3 iure consulat. Eiusmodi ciuita-
tis princeps et citra controuersiam
politicus in virtutis studio et functio-
ne totus est. Vult enim hoc maximè,
et hoc maximè cogitando oratione et
reipsa laborat, sit ciues suos et bonos
viros et legibus parentes efficiat. Etsi
autem pauci huius animi et instituti
viri reperti sunt: tamen haud laudem

in paucissimis alijs, si qui sunt, Cre-
tensium et Lacedaemoniorum legisla-
tores habent. Quod si igitur superiori
rationi hoc accedit, et Politica disci-
plina consideratio virtutis est propria;
Et recte haec consentiunt haec certe omnia cum ijs,
quae primis paginis diximus, quaestio-
nem quam initio instituimus, persequi-
mur. Sed ne quis iterum ambigat,
qua de virtute haec sit oratio: virtu-
tem dicimus non caelestem aliquam,
quae numinis sit; sed eam, quae homini
conueniat. quod vt nimis adhuc du-
bium sit, addimus alterum: nos de bono
humano, non quod ad corpus, sed quod

ad animum pertinet, loqui: quanto magis hominis virtus aut vis potissima non in corpore, quod et in pertribus rationis contigit, quam in animo, q solus nostri generis est, consistit. dixi, mus praterea ipsam beatam vitam esse animi nostri agitationem et functionem. Cum quoniam sic sunt, explicanda omnis quidem virtus est, sed antequam hoc fiat, etiam nonnihil de animo ipso tradendum. manifestum enim ex his est, doctrinam hanc politico non penitus ignorandam esse, sed ex parte cognoscendam; etsi tota eius investigatio et scientia

alio pertinet, ad eum scilicet philoso-
phum, qui se considerationi naturæ
Teius aliquam partem
dedonerit atq; consecrarit. Tamen
vt ~~aliquid~~ sciat + necesse est: quemad-
modum chirurgo, lippitudini vel al-
teri cuidam oculi vitio opem laturo,
tota corporis humani structura scie-
enda est. tanto autem magis poli-
tico doctrina animi nostri scienda
est: quanto ipsa politice honestior,
dignior et præstantior est arte me-
dica. Medici verò elegantiores, qui-
que perfectam suæ artis scientiam
aucupantur: quas non anatomias
instituunt, quos non scisitantur, quos

+ politi-
cus

non legunt, quid non agunt, vt omnem humani corporis machinam exploratam cognitamq; habeant? Videat politicus, nos in re longe maiori sit inferior; & consideret, vt debet, partem aliquam doctrinæ de animo. Considerari autem ea debet, horum gratia, quæ de vita humana cultu conscribimus: et eousq; quantum præsenti negocio sufficit. Omnia enim inquirere et subtiliter explicare, vt monuimus: neq; videtur huius loci esse; et sit tanti laboris futurum, quantum hæc adsciscere videtur supervacaneum. De animo autem satis plene quædam in libris vulgaribus, quibus omnium pene manibus teruntur, explicata sunt, qui-

bus vtendum est. Et quid vetat pauca nonnulla commodo necessariòq; loco perstringere? Ante omnia igitur hoc traditur: aliud animi nostri esse expers rationis; aliud eiusdem compos. Quod autem hac distinctione perrepta statim quari potest et plerunq; quaritur: vtrum hæc duo, quemadmodum corporis membra, et quacunq; in partes secantur, eo modo duo sint; an verò verbis tantùm duo sint, re verò ipsa distingui nequeant, quemadmodum in circumferentia se habent diuerso respectu conuexum et concauum: id quoniam huc non facit, prætermittamus. Sed quod ad præsentem disputationem, præterea sciendum est,

aliquid esse, quod commune quiddam
sit, et vt ita dicam satiuum. quod vt
melius intelligatur, dico caussam na-
tura nobis infusam, cuius vi fit vt
et alamur et augeamur. Propterea
autem commune et satiuum dixi; q
bani virtutem animi possumus cum
in omnibus collocare, qua nutriun-
tur et in embryis, hoc est, in fœ-
tibus adhuc materno aluo inclusis,
tum in maturis hominibus atq ani-
mantibus. Satius enim est et vero
magis consentaneum, eandem tam
in his quam in illis virtutem ani-
mi esse dicere, quam vnam ab alte-
ra sine caussa distinguere, maxime

um vtrobiq; idem efficiatur. Quare huius partis, vt ita loquar, quando melius non possum, virtus quædam communis esse videtur, neq; ea hominis propria, quando non ad solum hominem se, verùm etiam ad reliqua se animantia neque dissimili effectu, extendit. Videtur autem in somno hac pars cumprimis suo officio fungi, et virtus eius esse efficax. et quidem bonus vir atq; item malus omnium minimè cùm vterq; somno opprimitur, discerni possunt: qua ex re nata est vulgi vox; beatos à miseris dimidio vitæ suæ tempore non differre. Fit autem hoc non sine caussa:

quoniã

quoniam somnus interuallum aliquod
et quies animi est, non quidem in uni-
uersum, sed quoad uel probe uel prauo
dicitur. Neque tamen hac pars ita
quiescit, ut tota mortua sit: sed qui-
dam adhuc huiusmodi motus animu
penetrant et agitant. quod enim in-
terdiu utplurimum agimus, id dormien-
tibus iterum occurrit. Quod autem ad
hoc, quod perenigmum est, attinet, vi-
sa hominum melioruum multo sunt me-
liora, quam vulgi: quod et illi vigilan-
tes deliberent, disputent et faciant opti-
ma quaeq, ueteri cogitatione, verbis et
factis laudabilibus exclusi, vel in seruili-
bus operis vel in factis vulgaribus aut

etiam improbis sint. Sed et de his hoc loco satis. est enim hæc animæ nutritiua facultas reliquenda, siquidem illius virtutis, quæ propriè hominis dici potest, expers est. Videtur verò etiam animi natura quædam irrationalis, non omnem planè rationem abiecisse, sed eius aliquantulum esse particeps. Rationi enim temperantis intemperantisq;, et quod in animo ratione præditum est laudamus. Hæc enim ratio recta est, et ad rectè faciendum illos, quos dixi, inuitat. Videtur enim in huiusce ipsis, nempe in temperantibus et intemperantibus esse aliquod natiuum malum præter rationem, quod cum ratione

pugnat, et rationi recta suadenti ipsum
ad prava ruens atq; praecipitans, vehe-
menter se et atrociter opponit, nec se
aquo animo ab illa vinci supprimiq;
patitur. Nam vt si quis ea corporis
membra, qua nervorum compagibus
vel fractis vel lasis dissoluta luxataq;
sunt, in suum locum restituere cone-
tur, frustra id faciat: sic et animus
intemperantium acidit, quos impetus
illi degeneres aduersum mentis iudicia
rationemq; violenter rapiunt. Sed in
corpore id, quod peruerse contraque
atq; debuit moueri, mouetur; id oc-
lis cernimus: quantum autem declini-
net a vero animus ejusmodi non-

vidimus. Etsi autem non vidori fatendum est; neq; intelligi hoc, nisi à subtiliter cogitante, facilè potest: tamen nihilominus inesse aliquid animo nostro, quod aduersus rationem se arnet, luctetur, et summa contentione pugnet, existimandum est. Quo vero pacto aliud sit à ratione, nihil refert; neque scire necessarium esse à nobis creditur: quod tamen ipsum malum, vt diximus, videtur paullum percipere habereq; rationis. Cùm enim aliquantulum rationis sit compos: igitur hoc ipsum in viro continente et temperante, rationi credit atque paret. Hæc autem animi particula irrationalis simul rationalisq; paullu-

lum: in moderato homine et forti magis se coram ratione prosternet, ipsius que iussa vel sponte vel certe minore cum reluctatione exsequitur. Nihil enim est in moderato et forti viro, quin multo rectius et forte in universum pareat rationi. omnia enim quae moderati eiusmodi animi sunt, et fortitudinis rationi pulchre consentanea sunt. Apparet igitur etiam id animi in nobis, quod expers rationis est, duplex esse. alterum enim huius irrationalis partis animi satiuum est, propagatiuum et sustentatiuum corporis, quod et non solum ad bellnarum corpora, sed et ad stirpes usq; se extendit. hoc

nunq̃ rationis, neq̃ illo modo, vt imbrat, neq̃
hoc, vt audire possit, est particeps. alterum
particeps est: hoc est, vis et animi nostri ir-
rationalis, qua ad concupiscendum, et in vni-
uersum ad appetendum ferimur, aliquo modo
rationis est particeps; quia videlicet ipsam
audit, et ipsi obtemperat praescribenti, quod
rectum et medium est, quomodo se habeat,
ex hoc potest credo animaduerti. Vt pa-
rentum et amicorum ratio nostra est, non
quòd eam non intelligamus, nostroq̃ animo
inclusam ipsi teneamus; sed quòd vtrorumq̃
voluntati, parentum imperijs, amicorum co-
silijs obtemperemus: sic vtraq̃ illa virtus et
concupiscens et appetens ratione praedita di-

cetur, non quòd quid videat, sed quod superioris virtutis auctoritate imperium et consilium sequatur. Hac autem obedientia non sui habent, vt illi faciunt, qui mathematicas disciplinas sectantur: hi namq; quod ipsis p̄scriptum in arte est, necessariò retinent et faciunt: sed neq; coacte, sed sua sponte inito consilio et accepto parent. Quòd verò ratio hanc posteriorem irrationalem animi nostri partem argumentis persuadeat, hinc quoq; perspicuum est, quod in confirmandis emendandisq; alijs, vel admonitione vtimur, quam ipsam argumentis doctrinisq; roboramus, vel obiurgatione verbisq; ad vrgendum vehementioribus ad admonitionem accedens,

tibus, vel obsecratione orationeq3 pro diuersitate ingeniorum molliori itidem admonitioni inter-texta. Iam verò, si fas et verum est hanc partem rationis participem dicere: sequitur, vt qd animi nostri rationale est, idem duplex esse dicatur. alterum enim proprie et in seipso rationem habet: alterum sū rationale est, vt filij, qui parentes audiunt et ex eorum nutu viuunt, parentum ratione potiuntur. Satis iam superq3 attigimus doctrinas, quae de animo nostro sunt, quantum ipsae ad hoc institutum faciunt. nunc ad ipsas virtutes earumq3 explicationem accedemus. Has verò ipsas secundum hasce animi distinctiones etiā discernemus. Sunt enim animi nostri virtutes

alię

alia, quæ in animo illo ratione plena castaq3 exuberante insunt, neq3 foras in vitam progrediuntur: nempe quæ solo motu mentis et nuda agitatione cogitationum, nascuntur, perficiuntur et vivunt. Aliæ autem in conspectum nostrum cadunt et in communi vita versantur: quales morales nominamus. Ad superius genus referuntur sapientia, quæ diuinarum humanarumq3 rerum scientiam perfectionemq3 comprehendit: intellectus diuinarum cuiuscunque generis capax: et prudentia humanorum consiliorum dictorumq3 factorumq3 gubernatrix. hæ enim cogitando meditandoq3 suum officium explent. Posterioris generis, morales videlicet sunt, liberalitas et modestia: siue omnium morum humanitati consentaneus ordo,

rectq3 temperata ipsorum ratio. quod in vsu
vitæ sint, atq3 in vita vsus præstent amplissi-
mos. Quod cum per se et ex his non est obscurũ,
tum ex omnium iudicio, cui hic semper haud
postremum locum damus, quando de moribus
mentio fit, neminem vel sapientem vel in-
telligentem (de prudente propterea nolumus
dicere, quod prudentia ethicarum quoq3 vir-
tutum veluti domina vel mater sit) sed vel
lenem iraq3 moderatorem, vel temperantem
modestumue hominem (qui cetera etiam in-
cludimus) appellamus. Virtus tamen etiã in
sapiente est, quod eum ex habitu suo longoq3
vsu sapientiæ laudamus. Et de hoc, quos-
cumq3 habitus laudatos, in quibus etiam sa-
pientia est, virtutes esse non
ambigitur.

FINIS.

Rostochij, Id. Aug.

CIↃ. IↃ. LXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0343

Principium ma in
primū rhetoricorū
Arist. paraphraseos.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0345

# PARAPHRASIS I. RHE-
## toricorum Aris to-
## telis.

Ars dicendi quæ Græcis Rhetorice nominatur, rationem disserendi et disputandi, quæ illis dialectice est, correspondet, et perinde pene vna se habet vt altera. Amba enim in eiusmodi res et materias incidunt, easq3 tractant: quæ si non in vniuersum, saltem aliquo modo, non solum doctrina vsuq3 rerum excultis viris, sed et reliquæ ruditori imperitioriq3 multitudini aut nota sunt, aut disci cognosciq3 non maximo negocio. tam ab hac quam ab illis possunt. Amba item sua propriaq3 materia aut scientia, in qua tradenda tota consumantur carent. neq3 enim vt vel mi magnitudini;

bus Geometria, vel in sonis Musica, vel in corporibus cœlestibus Astronomia, Vel in solis numeris Arithmetica vertitur: sic Dialectica aut Rhetorica certum habet campum, cui includatur, et extra quem enagari ipsi non liceat: sed et hæc et illa circa res omnis generis, q̃ in vitam sermonesq3 mortalium incidunt, versantur. Itaq3 cum omnes aliquo modo res, quæ in vtranq3 incidunt, cognouerint; cumq3 vtraq3 non in vno obscuroq3 strato, sed in vulgari aptoq3 versetur: fit etiam, vt neutram omnes omnino ignorent, sed nemo non est, quin vtriusq3 aliquo etiam modo particeps esse videatur. Quod etsi non arbitror esse obscurum: tamen ambarum officijs et functionibus vel omnibus vel præcipuis consideratis, futurum est aliquanto' illustrius. In ijs nemo

non aliquid tentat et consequitur. Omnes. n.
aliquousq3, in aduersarij sententiam inqui-
rere, eam exagitare conuellere atq3 subuer-
tere: suam etiam qualiscunq3 sit contra-
studium aduersandi mordicus tenere, muni-
re atq3 tueri conituntur. quorum vtrunq3
Dialectica munus est. Accusati item can-
sam suam agere, seq3 omni ratione contra
accusatorem defendere: necnon alterum
criminis reum agere, grauiterq3 accusare,
omnes conituntur. qua duo Rhetoricę pro-
pria sunt, aut eius maxime propria esse
deprehenduntur. Verum hac, in quibus
omnes pariter ingenij aciem facultatemq3
loquendi suam experiri diximus, non
eodem modo ab omnibus, sed ab alijs alii-
ter prasstantur. Plerisq3 enim ea[m] considera-

tè, temerè, nulla certa ratione, atq3 tardius, ineptiusq3 et deterius: sed soli politi viri ex longo vsu et consuetudine, sibi habitu quodam ad hæc conciliato, cogitanter, certa via atq3 celerius, commodius, longèq3 rectius faciunt. Cùm autem hæc vtroq3 modo fiant, et tantum sit discrimen inter hos et illos: liquet, ad ipsa via quadam peruenirì, eamq3 viam quodammodo monstrari alteri ab altero posse. Potest enim caussa erui et conspici, quamobrem et qui ex consuetudine illa faciant, et qui fortuitò finem suum adipiscantur, etiamsi dissimiliter et non æquè bene: tamen vtrig3 agere hoc et consequi, quod voluerunt, videntur. Illa autem caussæ consideratio et cognitio, vt est in confesso, artis est: quando ars caussas rerum curiosè et subtiliter inquirit,

et quamobrem hæc efficiantur, hæc non efficiantur, rationem reddit. Porrò verò hæc dicendi ars, fastigium suum nondum habet, sed in hunc diem imperfecta relinquitur. qui enim magistri dicendi artibus componendis sese tradiderunt, quiq; de hac aliquid scripserunt: paruam eius partiunculam constituere ausi sunt, eamq; solam libris suis persequi: nec in ipsam artem penetrant. Sunt autem probationes solæ, artificiosum quiddam, et veluti medulla artis: reliqua omnia etsi ab arte excludi neq; possunt neq; debent (vt quæ ad animos concitandos et ad elocutionem spectant) tamen veluti additamenta atq; appendiculæ artis ad ipsam artem

collatæ meritò creduntur. Hoc posito atq; intellecto, quod verissimum est; animad; uerti facilè potest, quàm remotissimè ad; huc illi à uera arte absint. Ipsi enim de argumentis et enthymematis, quæ sunt probationum fundamentum, robur et cor; pus faciendæ fidei, nihil omnino præcipi; unt: Verùm in ijs, quæ causæ non inhæ; rent, sed extra negocium sunt, omnes suas scriptiones et commentationes insumunt. Vt enim exagites aduersarij argumenta vel verba, et id quod falsum non erat, singulari occultoq; modo calumnieris: id ad rem nihil per se facit, sed ob iudicem fit, quem velis hac ratione ab aduersario tuo auertere, et tibi, vt mitius iudicet, de;

nuncire. Vt item misericordiam moueas, vt
ad irascendum incendas, vt quocunq; mo-
tu animorum perturbes: nequaquam ad
negocium spectat, sed prout calumnia-
ad iudicem corrumpendum refertur. Stat
illi magistri artis docent, omissis probationi-
bus et locis argumentorum. Iam igitur si
iudicia sui essent constituta omnia, vt ho-
die in nonnullis rebus pub. constituta sunt,
et in ijs maxime, qua legibus optimis gu-
bernantur atq; continentur: neq; illi ad-
quam viderentur de Rhetorica percipere,
aut perciperent; neq; ipsorum auditores
verbum haberent quod dicerent. Sed, vt
de illa iudicivum forma plenius di-
cam, et horum inscitiam et errorem magis

detegam, omnes sic existimant: legibus cauendum esse in omnibus iudicijs, ne quis quid extra caussam dicat: atq; etiam insuper nonnulli eiusmodi vtuntur legibus, et seuerissime vetant, ne quid extra caussam adferatur. qualis quoq; lex est in iudicio Areopagitarum, quod celeberrimum et summum Athenienssibus est: vt omnes et sine prooemio et sine conclusione artéq; conturbandi animos, dicant. Vt autem horum factum, q lege eiusmodi iudicia sua munierunt, laudandum est: ita ijsdem rationibus alterorum iudicium non potest non magnopere á nobis approbari. Neq; enim fas et æquum est, vt iudex, qui alioquin iustis æquisque futurus erat, quasi distorqueatur, et ad in-

dicandum reddatur quàm fieri potest in-
eptissimus. quod fit, si, cùm antè tranquillo
animo esset et parato ad iudicandum, ex
ea tranquillitate dejiciatur in aliquam
animi perturbationem, et ad irascendum
aut ad invidendum aut ad miserendum
concitetur, vt cogitationibus, quemadmo-
dum antè, rectè fungi amplius non queat,
et tandem paenè necessariò in iudicando
erret. Perinde enim hoc erit, ac si qua ve-
surus sit regula, eam rectam esse nolis,
sed incurves de industria, faciasq3 quasi
quandam regulam Lesbiam. qua cùm
quis mente exclusus vtitur, tum certè
Omnia mendosè fieri atq3 obstipa necess-
sum est.

Praua, cubantia, prona, supina, atque absona tecta
Iam ruere, vt quadam videantur velle ruere,
Prodita indicijs fallacibus omnia primis.

Vale.

# INTERPRETATIO,
## vel potius paraphrasis secundi Rhetoricorum Aristotelis.

Hi igitur sunt propriÿ singulorum generum loci; quorum ope possumus aliqd suadere aut dissuadere; quod est deliberatiui: vituperare et laudare; quod est demonstratiui: accusare et defendere; quod iudiciale. necnon quæ opiniones propositionesq; ad horum singulorum probationes aptæ utilesq; sunt. De his enim et ex his ipsis rebus auferuntur argumenta, ex quibus sumuntur ad ea constituenda propositiones, vt ex eadem materia conflentur argumenta, quæ probantur ac rationibus hic oratorijs con-

hæc pars expressa est de
Comentarijs P. Vet.

firmantur, in singulis separatim generibus dicendi. Quia vero dicendi ars finem habet audientium existimationem et iudicium, cum etaq3 qua orator facit, illuc referri debent: (nam et de consilijs deliberationibusq3 statuunt et existimant, et iudicia etiam, quae in foro fiunt, existimationes quaedam sunt) officium ipsius oratoris est, non in oratione tantum componenda occupatum esse, verum in se ipso quoq3 quodammodo conformando: necnon in existimatore etiam et qui sententia sua studium ipsius aut probaturus est aut condemnaturus, fingendo. Magni enim refert ad fidem faciendam, oratorem haberi virum bonum ac prudentem; creditq3 ipsum diligere commoda eorum, apud quos agit. in hoc etiam magna vis est, si ipsi

illi, qui dijudicant, bene erga ipsum animati sunt; necnon erga aduersarium malè, atq; ijs demum omnibus affectionibus animi præditi, quas aut ipsius tempus illud, aut eius pro quo dicit, requirit. Et cùm hæc in omni dicendi genere plurimum valeat, non dici potest quantum adiuuet in sententijs dicendis. Vt autem hanc rem accuratius explicemus: bene de te eos qui audiunt existimare, maiorem in consilijs dandis vtilitatem habet: eodem autem illos bene animo erga te esse affectos, in litibus causisq; forensibus iudicandis multum prodest. Neque enim eodem modo sentit de ijsdem rebus, qui diligit, et qui odit; neq; qui irato animo, et qui placato est: sed aut omnino penitusq; diuersa illa ambobus diuersimodeq;

affectis videntur: aut magnitudine saltem inter
se discrepare. tanta est vis horum animi motu-
um atq; ita nos illi afficiunt, vt varient mi-
rum in modum iudicia nostra. Qui enim quę-
piam diligit, si de eius aliquo improbo facto
iudicium facturus atq; existimaturus est:
aut non iniustè illa fecisse; aut exiguam cul-
pam illa admisisse videbitur. Contrà si eum
odio prosequar; aut iusta res ab eo facta
iniusta videntur: aut iniusta, magis iniu-
sta, quàm verè sunt, existimantur. Atque
longè aliter de ijsdem rebus sentiunt; pri-
mum si qui fortè earum cupiditate teneā-
tur, naturaq; bene sperant de rebus fu-
turis, et fortè id quod ab ipsis exspecta-
tur, cùm iucundum sit, et commodo bonoq;
ipsis fore putant: deinde si contrà desiderio

eius non tenentur; hæsitantq; animo semper in rebus aggrediendis, vtrà aliquid fieri posse putant. Tria autem potissimùm sunt, quæ faciunt, vt fide digni sint oratores; nec vlla alia res præter ipsa, ad auctoritatem fidemq; dicenti acquirendam quicquam valet, exceptis argumentis. Sunt autem illa, prudentia, virtus, et benevolentia. Labuntur enim, et à sperato fine dejiciuntur oratores in rebus, quas narrant, aut quas in consilijs dandis adferunt: siue contrarijs omnibus rebus, siue illarum aliqua inducti. Aut enim ob stultitiam, imprudentiamq; de re, de qua dicunt, non rectè sentiunt; neq; rem ipsam perspectam ac cognitam habent; quodque vtile sibi fore arbitrantur, detrimen-

tosum es t: aut natura melius intelligentes,
ob pravum ingenium atq3 improbitatem, qua
in animo habent, non proferunt, sed contra
ac secum sentiunt, loquuntur: aut pruden-
tes probiq3 viri sunt, quod neq3 iudicandis
fallantur, neq3 natura pravi sint, non-
tamen ijs, quibus consilium dant, benevoli.
qui enim averso animo ab aliquibus sunt,
studeant omni ratione, qua possunt, neq3
rectum illis utileq3 consilium unquam dare.
et tamen hoc probitatem animi illorum
non contaminat impedite, quin ijdem boni
viri sint. non tantum enim hoc sine repre-
hensione, verum etiam cum laude nonnul-
li faciunt; vt si quis iniusto viro, qui ser-
vitute patriam oppressam teneat, consili-
um eius modi det, quo illius tyrannis aut

corruat aut labefactetur: et gloriam adferre
virtutisq; singularis testimonium esse puta-
tur, si quis inimicum suum acriter vlciscá-
tur, nec á vindicta quiescat, donec eum
funditus euerterit. Quare continget vt qui-
dam consilia dent, quæ nec bono nec vtilitati
sint; atq; hoc scientes aliqui intelligentesque
faciunt. nonnulli enim, vt ostensum est,
tam prauo animo sunt, vt incommodis alio-
rum gaudeant: alij autem aliqua in re lasi,
aut etiam se lasos falsó existimantes, do-
lent; nec æquo animo pati possunt eos aut
bonum aliquod adipisci, aut malum declí-
nare, quare ea suadent, quæ minimè illis
conducere sentiunt. Aut igitur ignoratio
rerum: aut malicia pranitasq; ingenij;
aut auersus á consilij egentibus animus
facere possunt, vt mala consilia dentur.

(quamuis autem quodlibet horum satis sit: fieri tamen potest, vt in consultores hæc concurrant) ipsi & etiam oratores consulentes repudiantur: nec est præter hasce tres caussas huius rei vlla alia. Iam igitur ex horum contrariorum enunciatione atq; declaratione neesse est, vt auditores fidem illi adhibeant, dicenti et suadenti, qui ab illis tria illa, quæ paullò superius recensuimus, haberi videatur. Si namq; et prudens et probus vir et benevolus ijs, qui audiunt, videbitur; hisq; omnibus rebus non tantum præditus erit, verùm etiam esse existimabitur: fieri non poterit, quin ab ipsis fide dignus habeatur; et is cuius oratio illis nullo modo suspecta esse possit. Vnde verò prudentes bonique et virtutis studiosi viri videri possint:

id

id ex ijs, quæ primo libro de virtutibus di-
ximus, manifestum est. vbi cùm accurate
omnia definierimus distinxerimusq; peten-
dum est. nec est cur hîc eadem inutiliter
repetamus. Eidem enim loci, qui suprà
monstrati sunt in genere demonstrativo,
vnde argumenta ad alios exornandos du-
ci possunt; ad nosmet ipsos etiam colone-
standos erunt vtiles. Vt enim præsidio
illorum ostendimus, quempiam præcla-
ras virtutes habuisse, aut etiamnum
habere: ita etiam nosmet ipsos fingere
ac conformare poterimus, vt et pruden-
tes et probi viri, studiosique virtutis
videamur. Vnde porrò se benè velle illis
ac diligere ipsos ostendere queant, id
iam explicabimus, quando de motibus ani-

ni disputare aggrediemur; et quid amicitia persequi aliquem sit, quaq3 ad illam pertinent, copiosè satis tractabimus. Sunt igitur motus illi animi, aut omnes illa perturbationes; quæ faciunt, vt nos immutati, nó eodem modo de ijsdem rebus sentiamus. Sed sæpè à nobismetipsis nostrisq3 iudicijs discrepemus. neq3 tamen tales perturbationes, cum ita mutationes, quæ in animis nostris fiunt, vocantur: vt si fortè ex alia cogitatione in aliam traducimur; vnde tamen appetitio nulla commotione grauior existat: sed illa tantùm, quas consequitur voluptas et ægritudo. Cuius generis sunt; ira, misericordia, metus, vt quæ huiusmodi sunt: necnon quæ nunc appellatis contrariæ sunt; vt iræ, mansuetudo;

misericordia, animi indignatio, metui, fidentem esse. ha enim quoq; animi commotiones sunt. Ceterum, si vim perturbationum exprimere volumus, et rationem illarum tradendarum docere: qua circa singulas fiunt, in tres partes dividamus oportet. Tota vero res apertior erit, si quod dicimus, in una ostenderimus. Sit autem reliquarum nunc exemplum ira. explanare igitur de hac tria oportet: primum, quomodo affecti facile irascantur: deinde, quibus irasci consueverint: deniq; quas nam ob res. Si enim unum aut etiam duo horum habeamus, cuncta autem non teneamus: efficis nihil á nobis poterit; nec facultatem habebimus cùm volemus, commovendi ad iram eos, qui audiunt. Idem vero etiam

vsu venit in ceteris animi perturbationibus. Vt igitur in rebus iam traditis propositiones (proprias illorum generum explicantes, qui sunt loci proprij) descripsimus: sic vt in his nunc faciamus; ipsasq; distinguamus eo, qualem antè diximus suppaximus modum. Sit igitur ira, vt eam non plenè, quod Physici est, sed sic, quantum huc facit, definiamus; appetitio, cum molestia coniuncta, appetitio, inquam, vindictæ, qua nobis vindicta esse videatur: qua non solum ijs, qui reuera nos parui faciunt, irascimur; verùm etiam cùm, quamuis falsò, esse tamen, qui nos parui faciant, arbitramur. Falluntur enim sæpe homines, ac de rebus longè aliter, quàm sunt, existimant. Vt igitur, quæ speciem habent iniuriæ, quamuis iniuria

non sit, nos commouet: ita quoq; nos explet adumbrata vltio. Nec prætereundum est in ira definitione, fieri illam, quam diximus, appetitionem, ob eas res, quæ ad ipsum, qui postra commouetur, referuntur, aut ad aliquem suorum, idq; immeritò, ac contra id quod oportebat. Sua enim interesse arbitrantur honesti viri, non solùm seipsos, verùm etiam caras sibi personas ab omni iniuria tueri, summq; hoc præstare nequeunt, non parum dedecus se admittere putant. Immeritò vero fieri oportet, quod aliter iniuria non sit: nec irasci vllo modo possimus, si intelligamus, nos esse dignos, qui despiciamur. Si hoc vtique, quod ostendimus, ita est, necesse est enim qui irascitur, irasci semper singulis ho-

minibus, vt (exempli gratia) Cleomi; non humanæ naturæ vniuersæq; speciei: Et q̄ aut ipsum aut quempiam ex caris ipsi personis, aut contemsit, aut facere id cogitauit. Necesse est etiam voluptatem quampiam comitari omni iracundiæ: illam, inquam, quæ proficiscitur à spe puniendi eũ, qui læsit. Jucundum enim vnicuiq; est, arbitrari se consecuturum, quæ vehementer optat: quod ita certum est, vt confirmatione non indigeat, et alioquin Dehiscarninis posteriore versiculo fuerit comprobatum. Nemo vero appetit, quæ nullo modo arbitratur se consequi posse: desiderio sanè nonnulli tenentur rerum obtinendarum efficiendarumq;, quas nec adipisci, nec præstare queunt: Verùm errore quodã

ducuntur, ac putant illa efficiá se posse: quòd si omnino crederent ipsas eiusmodi esse, non earum cupiditate exarsissent: sed etiam quæ efficiabillis possunt, cùm speciem contrariam habeant et existimentur ab illis fieri non posse, minimè commouent. Qui autem iratus alicui est, appetit quæ fieri ab ipso possunt: id est, toto animo cupit capere pœnas ab eo, qui iniuria lacessiuit, quod arbitratur se posse aliquando obtinere. Si enim aliter sentiret; nec parem se putaret vlciscendo inimico, ira commotus non foret. neque enim iracimur illis, quibus longo intervallo minores nos esse intelligimus, et in quos effundere iram non valemus. Quare præclarè dictum est de ira ab Homero: quòd multò suauior stillante melle in ho-

minum pectoribus glisciat. Neq; verò enim vnu
ortum habet in iratis voluptas; quæ eos nun-
quam deserit: sed duplici stirpe surgit, nam
efficitur etiam, quia tota mente occupati
sunt in vlciscendo inimico. Illa igitur quoq;
cogitatio et tanquam rei ipsius imago, gi-
gnit voluptatem. videntur enim sibi quas
volunt pœnas capere ab inimico; et tanq;
malè ipsum multare, vt eum pœnitcat suæ
petulantiæ. Cogitatio igitur illa speciesq;
quæ nobis obuersatur ante oculos, lætitia
parit, vt somniorum scilicet phantasiæ,
mirificas, vt scimus, nobis suauitates sæ-
pe gignunt. Porro verò caussarum et
principiorum ira haud postremum est,
quam Græci oligoriam nominant: nos
paruipensionem dicere non debemus, neque

tamen

tamen Latinam vocem, qua Græca par sit habemus vllam. Hæc oligoria est functio operationis opinionis; qua parui ducimus ea, quæ dignitatem aliquam in se habent, nec omnino abijcienda sunt: si tamen huiusmodi speciem illa præ se tulerint, vt nullius pretij esse videantur. Mala enim et bona, digna ducimus, de quibus curas suscipiamus, et in quibus studij multum collocemus: illa vt euitemus; hæc vt consequamur. ea aut parui facere solemus, ex quibus nec boni aliquid nec mali ad nos peruenire posse arbitramur. neq; verò tantùm in rebus bonis ac malis studium illud ponimus. Sed in illis etiam, quæ eò referuntur, et ad bonas malasue res perducunt: quamuis ipsa huiusmodi non sint. Vt autem illa

nullo modo parui ducimus: ita contrà hæc, quæ aut nihili sunt aut valde pusilla, id est, quæ nullum pondus habent, aut exiguum admodu ad emolumentum nobis aut damnum imporr tandum, nullo in numero habemus: nec preꝯ cio vllo digna arbitramur. Quæ cùm ita se habeant, vt ostendimus; patet; tres vtique species esse iniuriæ, quòd tres viæ ac rationes sint, quibus aliquis quempiam parui facere ostendit: despicientia videlicet, et (vt ita loquar) incommodatio, et contumelia. Qui enim despicit, parui ducit. mores enim hominum est despicere, quæ nullo precio digna putant. id autem quod nullius precij est, parui fieri diximus. Qui item alicui incommodat: ille ipsum despicere atq3 parui

ducere videtur. Est enim Epereasmos (quam nos licentia quadam usi, cum non possemus, aliter, incommodationem diximus) alicuius studium alij aduersandi; ac conatus desideriaq; illius impediendi: non vt commodum aliqd ex ea re ipse nanciscatur, verum vt eius commoda corrumpat: atq; ea re ipse sibi voluptatem pariat. Qui igitur dat operam, alij vt incommodet, sine vlla sua vtilitate, parui illum ducit. Planum enim est, ipsum firmiter credere, se ab eo ladi non posse: (metuisset enim, si hoc credere, ret; non parui fecisset) nec vlla etiam in re, quae momenti aliquid habeat. (nam exiguas vtilitates negligimus atq; abijcimus sape) Si enim in re aliqua singulari se ab ipso aduersum iri credidisset: fieri illi

animus studuisset, seq; contraria ratione in illius amicitiam insinuasset. Diligentiam enim adhibemus, vt eos, à quibus emolumenti aliquid capturos nos speramus, nobis conciliemus. Item verò etiam, qui quempiam afficit contumelia: quam diximus oligoriæ partem esse: parui ducit. est enim contumelia detrimentum importare, & dolorem inurere in rebus: in quibus decus gignitur illi, qui contumeliam perpetitur, non tamen eo consilio, vt noui aliquid ipsi acquiratur præter illud, quod iam partum est: iterum, vt solum ea re oblectetur, et ex ea re latitiam capiat: Qui enim iniuria acceptа, aut damnum inferunt, aut dignitatem alicui eripiunt: non contumelioſi sut, sed vltiscuntur; et pro malo accepto malum

reddunt. Causa autem voluptatis illius, quæ nascitur in animis quorundam improborum contumelias inferentium, est; quia arbitrantur se, dum volentes ipsis incommodant, aut dolorem aliquem inurunt, magis præstaturos. Sunt enim hominum nonnulli, qui videri volunt ceteris omnibus antestare, ac secum etiam inani hac opinione gaudent. hi arbitrantur, se magis dignitate vos superare, si quibꝫ aliquid incommodi intulerint: vel quod eos abiectiores ea iniuria reddunt, vt facilius abiecti illi dignitate vinci possint: vel quod inde etiam se meliores ac potentiores esse intelligunt, cum iniurias quas inferrent, illi, qui pares esse putabantur, propulsare non potuerint. Vnde videmus adolescentes ac diuites contumeliosos esse. cum

enim laudis praeter modum amidi sint; inanem hanc falsamq3 gloriam sequuntur: arputant se antecellere ceteris cum contumelias inferunt. Contumelia autem proprium est, dignitatem alicui atq3 existimationem eripere. quod qui facit, parui omnino facit. quia quod nullius precij est, nullam habet astimationem: neq3 ratio illius haberi potest; sive vt boni, sive vt mali. Propterea Achilles fortissimus et generosissimi spiritus vir, cum aequo animo pati contumeliam Agamemnonis non posset, ipsiq3 infensissime esset iratus, quando cum matre de hac iniuria queritur, inquit: Nullo precio me dignum astimauit: nec vllum pondus habere, sive ad bonum, sive ad malum indicauit, quod satis certo argumento declaratur, quan-

do nec præmio, ab exercitu ob virtutem tributo spoliauit. Idemq; postea, cùm orationi Aiacis legati respondaret, et iniuriam Agamemnonis verbis augeret, inquit: se ab eo tractatum, vt abiectum aliquem et nullius precij hominem, et qui crebrò sedes mutaret. Cùm autem homines tam iniquo animo ferant parui duci, ac vehementer cupiant magnificeri, æquum imprimis esse putant magni duci ab ijs, qui inferiores sunt genere, opibus, virtute, et demum hac in re honorari se postulant, in qua valde illi præstant, à quo sibi honorem deferri volunt. Vt enim diues pauperem superet pecunia et amplitudine patrimonij; eloquens infantem facultate dicendi: et locuples in diuitijs se magni haberi à à paupere decere putat; et orator ab infan-

te homine in agendo. Necnon qui regnat aliqua in gente, ac summam auctoritatem illic habet, postulat se magni fieri ab illis, qui imperio ipsius tenentur, in dominatu ipso. nam alijs fortasse rebus aequiore animo paterentur se vinci; nec tam excellentes haberi: debitum verò sibi honorem non deferri; in principatu ipso auersibus, quæ eò referuntur, nullo modo ferunt. Nec tantum, qui principatum obtinent: verùm illi etiam, qui se dignos eo gradu honoris putant; æquum censent se magni fieri ab ijs, qui digni sunt, quibus imperetur. Vnde apud Poëtam vir sapientissimus Vlysses inquit: Magnam existere iram regum aduersus eos, quibus præsunt, nisi in officio mãserint. Est apud eundem optimus augur

Calchas,

Calchas, reformidans iracundiam Agamemnonis, affirmat eosdem, quamuis bilem concoxerint, multum tamen simultatis in animo retinere; si ipsos se existimarint ab ijs, qui minores ipsis fortuna sunt, ac parêre debent. Stomachantur enim hi, quos nominauí, omnes, et aegrè ferunt, quia se ipsis antecellere intelligunt. Qui autem antecellunt, postulant sibi honores deferri ac concedi in studio contentionúq; illius rei, in qua superiores sunt, ab illis quibus praestant; quod si aliter fit, ac si debito fraudentur, indignatur. Praterea aequum esse quis censet, se ab ijs magnificri, à quibus putat se commodis beneficijsq; affici oportere. Sunt autem ij, quibus à praeteritis temporibus; aut imm ipsum benignè fecit aut facit: (neq; vero

sine causa ab eiusmodi aliquid expecta-
mus, quod iure naturæ præcipiatur, vt be-
neficia beneficijs compensentur) vel ipse per
se, vel cognatus affinisue ipsius aliquis, vel
etiam alienus opera et studio eiusdem: qui-
bus deficientibus nihil fuisset profectum.
Nec tantùm ab ijs, quibus bene fecit facitue,
aut ipse aut suorum aliquis: sed etiam, qui-
bus aut vult aut antea voluit bene esse.
putat enim quilibet, animum illum suum
ac voluntatem opitulandi, debere compensa-
ri: conscius q3 præclarę suæ voluntatis erga
illos, se obseruari ab illis debere existimat.
Perspicua sunt igitur hæc ipsa, si subtiliter
accurateq3 considerentur: et constat de tri-
bus illis, quæ proposueramus, id est, et quo-
modo affecti irascantur homines, et quibus

hominibus, et quas ob res. Leuandi tamen laboris gratia, et vt inferiores adiuuemus, vberius apertiusq; totam rem explicabimus. Tum facilè irascuntur, cùm agritudine animi conficiuntur homines. Quicunq; enim agritudine laborat, idem aliquo desiderio alicuius rei tenetur. Si quis igitur cupidini ipsius aduersatus fuerit; irascitur: siue per rectum quasi cursum: vt si quis siti affecto, in ea re molestus sit, nec sinat sitim explere, aut aquam turbans, aut poculum è manu extorquens: siue non ita obsiterit; quamuis enim aliter minus videlicet ipsum lxserit, idem facere plurimumq; laedere videtur. cuncta autem mora impedimentaq;, quæ inferuntur, eò referuntur, et conatum illius impedire videntur. minimis enim rebus ita affectus

vehementer commouetur. Irascuntur item, qui perturbatum agritudine animum habent, illis: qui studijs ipsorum aduersantur: necnon ijs etiam, qui caussam ipsorum cum posseint, non adiuuant. commoti enim animo, non bene res existimant: atq; oportere putant cunctos ad desideria sua sublenanda se conuertere. Si etiam quem aliquis alia vlla in re interpellarit, ac molestia affecerit sui animo affectum omnibus ille irascitur: ac leuiusculas iniurias summas putat: seq; ab ipsis studiose laedi interpellariq; existimat. Haec autem caussa est, cur qui graui morbo laborant, qui paupertate premuntur, qui amant, qui sitiunt, ac denicq; qui vehementiore aliqua cupiditate tenentur, nec desiderijs illis suis aliqua in re impediti frui

possunt: proclives ad iram sunt, et nullo ne-
gotio concitantur. Si quidem qui his malis con-
flictantur, irascuntur omnibus, potissimum
autem ijs, qui miserum illum statum, in quo
tum sunt, non sublevant, aut magis eos illis
incommodis vexari, faciunt parvi. Ut
ægrotus irascitur illis, qui in rebus ijs mo-
lesti sunt, quæ ad morbum pertinent: patri-
monij egestate laborans, in ijs, quæ ad pau-
pertatem: bellum gerens in ijs, quæ ad ad-
ministrationem belli attinent: amore ca-
ptus in ijs, quæ ad ardorem illum animi,
quo flagrat, extinguendum faciunt. Simi-
liter verò etiam in reliquis usuvenit.
Omnes enim hi præparantur ab insito iá
in animo dolore ad novas animi commo-
tiones, contra eos, qui molesti sunt ipsis,

sive ad iram, quæ ex singulis rebus excitatur, quæ speciem habent iniuriæ. Multo etiam facilius grauiusq3 irascitur is, qui his malis premitur, si impediri se intelligit ab eo, vnde opem præsidiumq3 exspectabat. maiore enim dolorem importat incommodum: qđ et magnum et insperatum est, quod autē mali ab amicis proficiscitur, atq3 ab iis, a' quibus bona exspectabamus, præter spē venit. quæ enim grauiora sunt, maioris q3 ponderis mala grauiores etiam dolores inuehunt. leuiora contrà, quæ minus nos tangunt; parumq3 animaduertuntur: non insignem aliquem dolorem inuehunt, quamuis repentina inexspectataque veniant. Sic autem magnum insperatum, quæ malum magis nos premit: quemadmo-

dum videmus, et sua ui magnum et inspera-
tum aliquod bonum magis oblectare; quam
si id antea ad nos peruenturum vidissemus,
et tanquam spe iam opinioneq3 possideremus:
si id quod repente extitit ex sententia vo-
luntateq3 eius prouenit. Jam si quis dili-
genter animaduertet; ex his quæ explica-
ta sunt perspicuum est, quæ tempestates
animi, quæ tempora, quæ affectiones, quæ
ætates facile ad iram commoueantur, qui-
bus item temporibus et locis. Planum etia
præterea est, tunc magis pronos esse ad ira,
cùm magis his rebus, quæ nunc enumera-
ui, tenentur, quibus, quoniam manifesto
quidem earum gradus sunt, aliàs magis, ali-
às minus opprimimur. Mortales igitur his
ce modis, quos exposuimus, affecti, proni sut

ad iram et nullo negocio commouentur. Porrò
cùm homines contumelia se affici nullo pacto
velint, ijs irascuntur; qui aut deridet, aut
ludibrio habent, aut aculeatis quibusdam
dictis eos lædunt: hæc enim omnia commutet,
re contumelia est. Irascuntur etiam illis,
qui lædunt in his rebus, quæ speciem habet
contumeliæ; ac nota indiciaq; ipsius sunt.
cùm enim aperta contumelia nondum sit;
è signis illis intelligitur non aliunde in-
urias eas prouenire. Necesse autem est,
vt eiusmodi sint quæ agunt, non vt acce-
ptum dolorem vlciscantur, neq; quòd me-
liores res suas inde se facturos putant.
qui enim molesti sunt aliquibus, illisue de-
trimenti quippiam adferunt, à quibus an-

tea

tea lasi sunt, non existimari possunt ob co-
tumeliam facere, sed vt vlciscantur. neque
quòd hoc modo commodis suis consulunt.
vtrum autem modum qui sequuntur,
contumelioſi esse videntur. Illis etiam
iraſcuntur, qui verbis ipsos insectantur,
ac despicatui ducunt in ijs rebus, in quib⁹
multum studij adhibent: multum se posse
volunt, qui enim hoc committunt, spolia-
re ipsos conantur ijs bonis, quæ præcipuè
cara habent, et quæ magno sibi ornamē-
to fore putant. Vt qui existimant se in
studijs sapientiæ multum profeciſſe, ac ma-
gnum nomen in philoſophis habere, si quis
ea ipsa in re male dixerit ipsis, aut eos spre-
uerit: quiq3 ob speciem corporis multum
sibi tribuunt, seq3 formoſos esse credunt,

si

si quis nullam partem pulchritudinis tene-
re eos dixerit: eadem ratio est aliorum bo-
norum, quibus se præditos esse videri vole-
bant. Etsi verò omnes dolent, se vt imperitos
earum rerum insimulari, quibus diu im-
cubuerint; et vt expertes eorum bonorum
argui, ob quæ se antea multum amabant:
illi tamen agrius ferunt, qui non confi-
dunt ea se firmiter tenere, sed verentur,
ne aut artium illarum ornamentorumque
planè expertes sint, aut exiguam noticiam
habeant; aut saltem ne huiuscemodi ab
alijs existimentur. Quemadmodum aute
aegrè ferunt se vt earum rerum imperi-
tos insimulari, quas ne benè perceperint
dubitant: ita cum compertum habent, se
plenè perfectèq; illas artes nosse, quamuis

ipsas nescire ab aduersarijs dicantur, nihil
ad se pertinere existimant. ipsi enim rem ali-
ter se habere sibi ipsis conscij sunt: necnon in-
telligunt etiam falsam illam opinionem de
eorum inscitia, mentibus aliorum hærere
non posse: ita enim testatam esse ac confir-
matam scientiam suam, vt non facilè erui
ac labefactari queat. Sed vt ad illos redea-
mus cum illi omnibus irascantur, qui ita
se aduersus ipsos gerant: multò adhuc ma-
gis amicis, si huiusmodi quicquam fece-
rint, irascuntur. Non enim amicorum
iniuriæ, quam non amicorum ferendæ vi-
dentur: sed ipsi arbitrantur, partes fuisse
illorum, amicorum videlicet, ipsos amicos
suos potius ornare, et nouis commodis ange-
re: quam partis iam ornamentis, bonisq;

spoliare, quam fidem et eximiam benevolentiã
ab ijs, quos nullo iure amicitiæ sibi astrictos
habent, non possunt exspectare. Illis quoque
irascuntur, qui præteritis temporibus consue-
rant ipsis honorem habere, aut de ipsis cura
suscipere. existimant enim se ab illis contem-
ni tunc et despici, et hæc est causa cur tã
molestè id ferant: nisi enim despicerentur, eosdem ipsis illos honores habituros, easdemq3 curas pro ipsis suscepturos fuisse. Illis etiam irascuntur, qui pro acceptis beneficijs beneficia non reddunt: aut si etiam remunerari inceperint, non pari officio commodoq3 remunerantur. Atq3 illis etiam, qui contrarijs rebus student, si fortunis opibusq3 inferiores fuerint. hi enim nõ secùs vt illi despicatui habere videntur. Et

quamuis omnibus conueniat in hoc, vt con-
temnere videantur: non eodem tamen modo
contemtui habere existimantur; sed duobus.
Et sane ipsorum alteri (quos posteriore loco
nominauimus) inferiores humiliores q3; misi
enim huiusmodi esse crederent, ipsis non
aduersarentur. quis enim contra potentio-
res sponte contendit, præliaturq3? alteri
vero de quibus prius diximus, vt à tenui-
oribus ornati et commodis aucti, et qui hoc
facere tenebantur, ac sine culpa officia
illa prætermittere non poterant. quare ip-
si omni onere soluti sunt, nec laborare de-
bent, vt paria officia in eos conferant. Illis
autem magis irascuntur, qui in nulla ho-
minum existimatione sunt; si visi fuerint
et ipsi parui aliqua in re ducere. gignitur

enim ira aduersus eos, qui aliter se atq; ipsos oportet gerunt. est autem hominum abiectorum, tenuiorum et viliorum officium; non parui facere meliores se; nec eos contemnere, qui ipsos longè superant dignitate: sed colere et obseruare. Amicis etiam irascuntur, si in ipsis aut verbis aut commodis ornandis, paullò negligentiores illi fuerint, quòd hi quoq; aliter atq; ipsos decerat facere videantur. decet enim amicos testimonio suo laudem amicorum augere: necnon in ipso opibus suis adiuuare. qui autem hoc non faciunt, negligere videntur: et iusta contra illos ira excitatur. hæc autem officia ab illis, vt debita postulantur. Multò verò etiam magis irascuntur amici, id

genus amicis; si contraria fecerint; id est, si maledixerint ipsis aut etiam incommodis affecerint. Amicis etiam sodalibusq3 homines irascuntur, nisi illi, quibus in angustijs ipsi versentur, quibusq3 rebus egrant, intellexerint: vt Antiphontis Plexippus Meleagro. hoc enim argumentum est, quòd parui ab illis ducantur. non sentire namq3 neq3 animaduertere, parui ducentis est. qua enim curamus, nos non fallunt. Illis etiam irascuntur, qui incommodis ipsorum, infortunijsq3 lætantur: denumq3 omnibus, qui in malis ipsorum rebus, securo tranquilloq3 animo sunt. Qui enim alterutrum horum committunt; aut hostes sunt, aut parui ducunt. Lætitiam capere ex aduersis alicuius rebus, hostis est: securo ani-

mo esse, parui ducentis. qui enim non dolent, sed hilares sunt in alienis malis: quid, quid illis fiat, se sua nihil interesse putare declarant. Illis etiam irascuntur, qui ipsis dolorem inurere non reformidant, nec metuunt aliquid facere dicereq3, quod ipsis molestum sit, agritudinemq3 afferat. Et hac causa est, cur detrimenta aliqua accepta aut in bello aut in re familiari renuncientibus, homines irascantur. Illis etiam irascuntur, qui aut audiunt, quae ipsorum existimationem laedunt, aut res ipsorum malas spectant. Qui enim hoc faciunt, reddunt aut hostes aut parui ducentes. hostis enim inimicusq3 eius haberi potest, qui libenter alienis facta moresq3 vituperari audit: quemadmodu

etiam

etiam speciem habent parui pendentium, qui con-
templantur aduersas alicnius res. Amici enim,
cùm huiusmodi aliquid vident, anguntur,
nec spectare possunt, eodemq; pacto animo af-
ficiuntur, atq; illi affecti sunt, qui in ipsis ma-
lis versantur: nemo autem vnquam sua mala
spectauit, quin doleret. Vlterius verò cùm mi-
quo animo semper ferant homines se parui du-
ci, nullo pacto pati possunt se negligi ac
contemni apud quinq; hominum genera: sed
cum hoc fit, grauiter irascuntur: id est,
apud eos, cum quibus de honore et gloria co-
tendunt: apud eos, quos admirantur: apud
eos, in quorum animis sui admirationem
gignere cupiunt: apud eos, quos verecunda-
tur: aut in ijs (quod vltimum genus erit)
qui verentur ipsos. Diuersæ autem causæ

facium, vt aegrè admodum ferant, cùm vi-
I. dent se parui duci coram ijs. Quomodo enim non
graviter ferre possunt, cùm parui penduntur
apud illos, quibus pares dignitate esse stu-
dent, ac cum quibus de primis contendunt?
II. Indignos enim, qui secum in certamen veniat,
iudicabunt, si eos ab alijs viderint negligi.
III. Apud eos quoq; quos admiramur, minimè
impingere velimus, quod fiet, si parui cora
ipsis fiamus: quoniam in ipsorum benevo-
lentiam et amorem nos insinuare studemus.
IV. Sit neq; apud eos, qui nos admirantur: neq;
enim velimus extingui aut minui hanc opi-
nionem de nostra praestantia in animis eorum.
V. Sit quos verenmur: ne cum in ipsorum praesentia
nota nobis inuratur, duri insensiq; nobis red-
dantur. Postremum, qui censuras nostras

reuerentur, non facile vehimus intelligere; quos-
dam nullius precij homines nos parui putare:
quod cum cultu illorum obseruatione nostri,
delectentur, metuimus ne ita iudicium illo-
rum de nostra virtute amittamus. Illis quoq; ira-
scuntur homines, qui parui ipsos ducunt,
laedendo personas illas, quas nisi ipsi tutati
fuerint, dedecus admittunt. vt parentes, filii
os, vxores, eos quibus praesunt. Non enim
parnam maculam suscipiunt filij, nisi sub-
ueniant parentibus: vt parentes quoq; nisi
liberos tutati fuerint. Sic viri, nisi vxores
ab iniuria defenderint: et reges, nisi quibus
praesunt, integros ab impetu aliorum conser-
uarint. Cui autem liberis vnis valentibus,
quae laedit parentes, parui ducit filios: nisi

enim res ita se haberet, eos, quos liberos tueri, oportet, non violaret. Eadem ratio reliquorum est. Et beneficium acceptum non compensantibus ingratis q3 irascuntur. Nullo enim modo hominibus, vt eos, a' quibus aliquando adiuti sunt, parui pendant, conuenit: quod manifestò ij faciunt, qui ingrati animi crimen non reformidant, neq3 vel facto, vel dicto, vel animo beneficijs respondere videntur. Illis etiam, qui dissimulationem ea, quam Graeci Ironiam nominant, cum ipsi qui commouentur serió aliquid magnoque studio agant, vtuntur. Ludere enim videntur, et sanè dissimulatio a' contemtu proficiscitur. nisi enim eos despicerent, aperte cum illis agerent, nec aliquid tegerent: nunc autem de se detrahentes aut bona sua aut

prorsus inficiantes aut valde minuentes, manifesto, cum quibus disputant, contemnunt. Illis quoq; irascuntur, qui in alijs beneficij liberales cum sint, ipsis benigne nihil faciat. nec tamen iactura amissioq; vllius commodi ipsos male habet: sed quod existimant, se ab illis contemni; nec ijsdem beneficijs, quibus alios ornant, dignos existimari. hoc enim ipsos vrit: nisi autem id esset, non ex tanto comitatu bonorum virorum vri abstraherentur. Oblivio quoq; iram commouet, vt si paulò nomen obliti fuerimus. quamuis enim ab ætate sæpè proficiscatur, et à multis occupationibus, vel vitio etiam naturæ fiat; tamen videtur et ipsa signum argumentumq; esse, quod is, qui è memoria labitur, parui à nobis ducatur. Ex iniuria enim nascitur oblivio. qui enim sua nihil interesse putant,

quicquid illo fiat, obliuisci solent. non curare aut aliquid, est illud parui ducere. qua nanq; in precio aliquo apud nos sunt ex animo non dimittimus. Atq; ita nunc quibus personis homines irascantur, et quomodo ipsi affecti, & quasnam ob res una traditum est. Manifestum verò etiam hoc est, officium boni oratoris esse, vt oratione sua iudices efficiat tales, quales existunt, qui in iram prochiues sunt: atq; ostendere, aduersarios ijs rebus culpisq; affines esse, quæ iustam iram contra se commouere solent: siue ipsos huiusmodi esse, cuiusmodi sunt, quibus irasci homines consueuerunt. Porrò verò, quoniam progressio ad iram, progressionis ad lenitatem contraria est, et ira lenitati: nunc; traditis illis, quæ ad iram pertinebant, de ijs agemus, quæ lenitatis sunt. quòd scilicet contraria

rum rerum eadem disciplina est: et alterius natura cognita, ad alterius naturam perspiendam multum adiuuat. Dicemus autem, quomodo affecti, leues sint, et erga quos sint eiusmodi, et quibus de caussis talem lenitatem induant. Sit ergo lenitatem introducere, iram sedare atq3 animum requieti tranquillitatiq3 pristinæ reddere. Cum igitur irascantur parui deuenientibus; qui autem parui ducunt sponte id faciunt: perspicuum est leues placatosq3 fore omnibus, qui nihil horum commiserint. id est, qui neq3 parui fecerint; nec despicatui duxerint; vel quod fecerint, inuiti fecerint: aut si forte etiam ob contemtum sponteq3 fecerint, neq3 ob id, neq3 sponte videntur fecisse. non enim tantopere in ijs rebus veritatem ipsam, quantum speciem rei quærimus; contentique

sumus, si illi ita nobis fesi fuerint. Leues etiam
fient homines hominibus, si quid commiserint,
quod ipsos laserit, si cognorint eos deceptos aut
lapsos fuisse. Si enim eo facto illis, qui sensum
eorum non cognoscerent; videri potuerunt par-
ui duxisse: deprehensum autem patefactumque
fuerit, eos contraria voluisse: intelligentur ma-
gni potius duxisse: nec dignitatem eorum vnq̃
minuere cogitasse. Leues etiam fient illis, qui
si quid, quod contumelia speciem habeat, com-
miserint, intelliguntur erga seipsos quoq; ta-
les sape esse, quales tunc aduersus illos fuerint.
nemo enim creditur seipsum parui ducere. illa
verò parui ducendi opinione sublata, ira dis-
cutitur, ac placamur; intelligimusq; nos nul-
lam causam irascendi iustam habuisse. Leues
etiam mitesq; fiunt in illos, qui se feciſe fatetur;

quos;

quosq; pœnitet fecisse. neq; enim confiteri solum
sat est ad iram sedandam, quod se quoq;, qui
explere iram cupiunt, indicent, velintq; se feci-
se intelligi: sed cum coniunctus est cum confessi-
one facti dolor atq; immutatio voluntatis; et
dolor quidem non brevis et modicus, sed diutur-
nus ac vehemens. Quemadmodum enim, qui
vehementer alicui irati fuerunt, cum vident
illum, á quo iniuria lasi erant, pœnas dedisse,
placantur: sic hi quoq; cum illos suos adver-
sarios petulantia et contumelia exagritudine
animi ipsorum pœnitere, et mœrore illo suo
quasi pœnas pendere vident, iram continent
et placantur. Quod ex eo modo, quo domesti-
nostri nobis pœnas dant, etiam conspicatur. Cu
enim servos, qui aliquid certi flagitij admise-
rint, cædimus: ni pernegantes verbisq; nobis

aduersantes seueriores sumus; contraq3 citò iram furoremq3 animi abijcimus. cùm illi se meritò plecti confitentur. Hoc verò caussa est, quòd ea quæ plana et aperta sunt, inficiari, vacare pudore est. Quos autem nihil pudet, parui ducere et despicatui habere videntur eos, apud quos tam impudenter mentiuntur. Iude autem hoc intelligi liquidò potest, quòd quos valde despicimus non verenur: nec aliquid aut facere aut loqui coram illis non pudet. Iis etiam placamur, qui se abijcinnt, cunctaque faciunt, quæ potentioribus humiliores facere consueuerunt. et si quid etiam audierint, qd malè ipsos vrat, non verbis aduersantur. hi enim videntur fateri se inferiores esse. inferiores autem imbecilliores q3 metuunt. nemo autem qui metuit, parui ducit. si namq3 par,

ui faceret, id non metueret. metuimus enim, qui incommodi nobis aliquid importare posse arbitramur. Porrò verò quod aduersus eos, qui se abijciunt, ira mollescit atq; frangitur; canes etiam declarant, qui prostratos non mordent. Iis quoq; placamur, qui serio nobis agunt, cùm ipsi serio agimus. Cùm enim quid rei iram commouenti contrarium sit: nos etiam contrario modo affici aequum est. Irascimur autem illis, qui simulatione nobiscum vtuntur. necesse igitur est, vt placemur ijs, qui serio agunt: apparet enim eos studio non contemtu dignos existimari. Placamur quoq; rogantibus ac deprecantibus. qui enim supplices sunt, orantq; ne eos poenis afficere pergamus; humiles demissiq; fiunt: quibus solere non homines solùm, sed belluas etiam nonnullas parcere supra demonstratu

est. Ceterum quemadmodum, vt dictum antè est, iusta ira digni sunt contumelioſi nonnulli homines, et qui ceteros ludibrio habent, et parui omnino ducunt: ita qui longè ab his moribus absunt, clementia nostra digni videntur; facileq3 solemus huiusmodi ingenijs placari. Si qua etiam in re nos laeserint, qua ingenia, aut nullos omnino, aut certè non viros bonos aut saltem nõ nostri similes, contumelia affiacre dispicatniq3 habere consuêrunt. Si enim hi, qui nullos iniurijs indignos petulanter solent lacdere, contra nos aliquid fecerunt; id eos eo animo minime feciſse credimus, vt nos probris affiecrent. In vniuersum verò, si quis percipere velit, quid nos lenes mansuetosq3 reddat; spectet, qua ad iram nos impellant: quia contraria illis rem contrariam efficient; id est, animos nostros

placabunt, et omnem simultatem dissentient. In illos quoq; lenes sunt, quos timent, quosque verentur. donec enim ita animo affecti sunt, vt ipsos metuant aut vereantur, non possunt illis ijsdem irasci. Fieri enim nullo modo potest, vt quempiam metuamus: eidemq; eodem tempore irascamur. caussa verò esse videtur, quod ira sine spe vlciscendi non constat: qui autem timemus, vltum ire nos posse non speramus. Illis etiam, qui ira perciti fecerunt quod ipsos laserit; aut non irascuntur; aut lenius irascuntur. ira enim in illos magna excitatur, quos quia parui ducunt, apparet vel hoc vel illud fecisse. hi verò, iratis scilicet, nullo modo ob contemtum videri possunt fecisse, quòd iratus nemo parui faciat. Diuersa enim est ohgoria et ira natura.

Qui namque parui ducit, despicatuiq; habet, a-
gritudine molestiaque vacat. ira verò agritu-
dinum communem habet. Nemo autem eodem
tempore perturbatum et securum animum
habere potest. Lenis etiam in illos sunt,
qui ipsos verentur, quod cur fiat apertum
est: quod quos vereri soleamus, non parui
ducamus: sed magno pretio honoreque di-
gnos existimemus.

Bibliotheca
Bibliothecae
Academicae
Rostochiensis



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1826716343/phys_0416

Varia
Caselii
m. p.
scripta.
1564.

Mss. philol. 60.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0417



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0418



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0419



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0420

quosq; pœnitet fecisse. neq; enim co
sat est ad iram sedandam, quod
explere iram cupiunt, indicant,
se intelligi: sed um comunctus
one facti dolor atq; immuta
dolor quidem non brevis et
mus ac vehemens. Quema
vehementer alicui ira
illum, á quo iniuria
placantur: sic hi q
satios petulantia
animi ipsorum
quasi pœnas
et placantur
nostri nobis
enim Seruo
rint, cad

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1826716343/phys_0421